

GEORGII CAST~~ANEÆ~~ JANNONIS  
EPISTOLÆ MEDICÆ  
THEORETICO..PRACTICÆ  
DE

PURGANTIUM AGENDI RATIONE,  
VI DELETERIA, EORUMQUE  
USU, ET ABUSU.

A D

Ill. S. R. H. Equitem, Commendatarium,  
& in Regno Sicilie Receptorem Fr.  
D. Joachimum Requesenium ex  
Principibus Pantellarie &c.



1779.



## A D L E C T O R E M

**C**um forte quatuor Clarissimi Georgii Castaneæ Jannonis de re Medica Epistola ad Nobis lissimum Virum, atque de omni litterarum genere optime meritum Fr. D. Joac'bimum Requesenium hic mibi essent allatæ, easdemque avidissime perlegisse; probe enim sciebam, quam rectam hic medendi viam, rationemque sub magna illo Musucensi Cannata secutus esset; statim me factus cum opera præmium duxi, si typis, quam emendatissime possem, mandandas curarem. Videbam euim, dolebamque, frequentissimum purgationum usum maxima cum agrorum calamitate quotidie magis grassari. Et quamquam a primis ferme Medicinæ temporibus sapientissimi Viri (inter quos parens ipse nobilissime hujus artis, & lumen Hippocrates) defuerint nunquam, qui apur-

gationibus , quas cæteroquin mortalibus quandoque perutiles esse cognoverunt , inaeunte tamen præcipue , ac prævalente febre , diligentissime abstinentium esse præceperint ; frustra tamen hæc omnia rationibus , atque experiens munita cessere : aut quod nimium multi fronte potius , quam studio medicinam exercentes , se cum damno despici ventur ab omnibus , si vocati , qualemcumque sors dederit , medicamentum illico non exhibeant : aut quod etiam novum forte lectitarint opusculum , quod nuper de epidemicis biliosis febribus Clarissimus Tiffot exaravit , quodque in hominum manibus versatur , ( qui enim minus student , vetera contemnere , nova , ut indoctis facili faciant aucupari solent ) quod quidem opus cæterum minime contemnendum , quam præpostere intelligant , noster hic Auctor ad ultimura postrema Epistola , paucis quidem , sed conceptissimis verbis , indicavit . Quod igitur in tanto mortalium discrimine maxime optandum erat omnibus , atque iis præcipue , qui aut societatibus præsunt , aut de

de incolumentate, & firma civium valetudine cu-  
ram gerunt, ut scilicet quis caute, diligentera-  
que in unum colligeret, quæ de purgationum ra-  
tione cujusque etatis, cajusque regionis doctissi-  
mi Auctores tradiderunt, Georgius hic noster,  
adjectis etiam nonnullis, quæ & ipse diligent  
e doctus experientia, obseruaverat, suscepit ap-  
positissime, atque perfecit. Non equidem ignoror,  
quamplurimos, quibus etiam maxime interesset,  
aut hæc per socordiam non lecturos omnino, aut  
( quod ut in comuni proverbio versatur, Medi-  
cus Medico infestus ) hæc omnia verbis in de-  
teriorum partem traducturos; sive etiam studiose  
contra scripturos multa, quod vitari nullo modo  
potest, nisi nihil onenino in comune proferatur.  
Verumtamen posthabitatis iis, qui nihil legerint,  
eos, qui temere huic medendi obtrectaverint ra-  
tioni, admonendos velim, ne putent, se id  
impune facturos, multi adhuc mortales bac luce  
fruuntur, qui in exitiali illa anni sexagesimi  
quarti bujus saeculi Epidemia ab Cannata, atque

ab hoc eodem Castanea, iisdem ipsis probe porca-  
rati preceptis testantur quotidie quam multa bo-  
num millia purgationes ab iis temporibus ad  
haec nostra perdidere . Porro præter eos , qui Me-  
dicinam exercent , quibusque præcipus necesse est  
animum ad haec diligentissime advertere , nemo unus  
est , cui propria valetudo , & incolumentas mul-  
tum non interfit ; inter quos si quis egregie cordas-  
tus homo , & carus , & rectis Philosophicæ in-  
stitutis imbutus haec legerit , nullus dubito , sive  
ipse ægrotaveit unquam , sive cuidam ægrotanti  
prodesse consilio voluerit , quin sibi diligentius  
caudendum putet , & a quo , & quo anni tempo-  
re , & qua præcipue ratione purgationes exhi-  
beantur ; unde & sibi , quod haec legerit , &  
aliis fortasse vitam , incolumentatemque tueri con-  
tinget ; quod si aliquando acciderit , equidem  
me nonnullorum saluti quantum potui consuluisse  
gloriabor . Id autem addendum censeo , ( quod  
omnia , quæ ab Auctore nostro relata sunt , per-  
muniare , atque roborare mirifice potest ) nos scā-

li-

licet eas incolere regiones ; que effluante summo-  
pere sole , sensilia multo magis , atque irritabi-  
lia mortalium corpora reddunt ; propterea , que  
levissimæ apud alios purgationes habentur , tanta  
vi apud nos tantaque efficacitate pollent , quod  
experiencia compertum est , atque ex ipsis Hip-  
pocratis principiis deduci facile potest , ut actu-  
fissimæ videantur . Quapropter , si unquam alibi  
ex Clarissimorum Virorum sententia certè , & in  
Siciliæ Regno , & in meridianis Italiae locis a  
purgationibus maxime cavendum est . Faxit Deus ,  
ut hic qualiscumque labor hominum generi pro-  
deesse possit .





## EPISTOLA PRIMA



Ntiquum est problema , & procul dubio utile , nec sine difficultate enodandum , quomodo nempe operentur in corpore purgantia medicamina . Et non abs re tamquam problema , Vir Eruditissime , a te propositum fuit ; cum nedium moderni , verum , & antiqui magnæ auctoritatis viri non parum hac de re inter se dissentiant ; ac digradientur , ut facilius sit disputando in quacumque malueris partem declinare , quam quis horum melius sentiat judicium ferre . Preceipias itaque Medicorum opiniones recensobeo ,  
ut

ut brevius ac facilius scopum attingere valeamus, & proficia ad præixin clinicam dogmata eruere possumus; quibus, si satis instructi Juvenes essent, non tam facile purgantia pharmaca in omnibus fere morbis, & in omni morbi statu præscriberent, eorumque maxime detestabilis abusus penitus deferetur. Ue autem, quæ dicenda sunt, melius intelligantur, brevis præmittenda Ventriculi, ac Intestinorum descriptio.

Ventriculus est pars membranacea cava sub diaphragmate oblique sita, fundo, & duobus orificiis instructa, sinistro, sive cardia dicto, quod altius, & cum gula continuum, & dextro, sive pylori, cui intestina junguntur. Ex moris tunicis, seu lamellis membranaceis, compositur. Communi nempe a peritoneo originem ducente, & fibris longitudinalibus constante; Cellulosa item cui subjacet Musculosa, quæ ex circularibus cuneis, & omni modo intertextis fibris constat, quæ majori agmina collectæ circa dextram orificii partem, pyloram nempe;

visuntur ; quoniam hic loci majori motu , & constrictione ad propellendā versus intestina ejus contenta opus est . Succedit Nervea , quae valde densa est , multis vasis sanguiferis , ut & glandulis liquidum gastricum fecernentibus instructa . Substernitur ultima Glandulosa , seu potius Villosa , ex tenuissimis fibrillis , & vasculariis ductibus contexta precedenti valde adhaerens , eamque defendens a molestia ciborum , vel medicamentorum vellicatione . Nervos accipit Ventriculus insignes a pari vago , qui juxta Oesophagi latera descendentes , & in duos ramos interiorem , & exteriorem divisi totam ejus substantiam perreptant , & plexum nerveum instar reticulae constituunt ; sic sane constat , quare Ventriculus inter omnes corporis partes exquisitissimo sensu , maximaque irritabilitate polleat .

Per intestina ab Anatomicis intelligitur Canalis membranaceus a pyloro ventriculi incipiens in anum desinens , in tria tenuia , & totidem crassa distinctus , & membrana constans comuni ,

ni , cellulosa interna ; vasculosa , seu glandu-  
losa , aut nervosa dicta , atque denique villosa  
amplissime plicata , vasis arteriosis , venosis ,  
lacteis , & nervis , atque glandulis variis or-  
natus ; a ductu pancreatico , & colidocho , mul-  
tisque osculis lactearum venarum , & arteriarum  
meseraicarum , emissariis glandularum , & cry-  
ptarum , & forsan nervorum pertusus ; in se  
recipit ex his orificiis , atque ex ventriculo  
genera varia alimentorum , aliorumque humo-  
rum . Fibris gaudet tam longitudinalibus , quam  
orbicularibus , suis ventribus & tendiuibus , quæ  
more aliorum muscularum ad motum vitalem  
destinatiorum continuo mœventur . Hoc docet  
autopsia in dissectis viventibus animalibus ;  
aeris in ventre murmur , & propulsio contento-  
rum ; qui motus peristalticus dicitur , & con-  
strictionis tempore , ventres harum muscularium  
fibrarum tument , tendines vero gracilescunt :  
relaxationis tempore vero contraria fiunt ; oscu-  
la tam absorbentia , quam evacuantia alterne-

ape-

aperiuntur, & clauduntur non solum ea in parte, qua mesenterio annectuntur, sed & in toto ejus ambitu, atque sensim post multipli-  
ces conquassationes deorsum pelluntur ea; quæ hæc orificia intrare nequeunt. Ut hatum fi-  
brarum actio libera esset, hæc tunica muscu-  
losa extra, & intra gaudet tunica cellulosa.  
Ne autem liquor intus illuderet huic motui, ef-  
fluendo per glabrum canalem, intus multis pli-  
cis, tunc quam maxime exasperatur intestinum,  
remoram ponentibus transfluenti liquori, ut  
eo magis urgeretur in non compressa à fibris  
oscula; & forsitan eodem hoc motu absorben-  
tium vasculorum extremitates inflexæ rectam  
viam adipiscuntur, cum sine hoc motu nihil  
admittant, quod equidem fieret, si recta esset  
via ex intestinorum cavo in hæc vasa.

Patet itaque Ventriculi, ac Intestinorum  
structuram consideranti hac via educi posse ex  
corpore salivam, mucum oris, faecium, **Œso-**  
**phagi**, ventriculi, bilem duplicem, pancreatis  
lyme.

lympham , humorum intestinorum , materiem strabilariam croris , viscerumque hypocondriacorum , materiam sanguinis ferosam , ac putrefactam ex abscessu quocumque critico , symptomatico , morboſo (1).

Cum autem minuta resistentia in vasis intestinalibus , vel a quacumque causa acuto impetu liquidi per ipsa moti , possit derivari copia humorum ex aliis partibus versus hæc loca , patet etiam ab aliis diffitissimis corporis partibus derivatos humores per alvum exire posse . Sic novimus repetito purgantium medicamentorum usu totum corpus exhaustiri posse , atque idem accidere ob diuturnam dyarrhœam . Numquam autem evidentius hoc apparet , quam in cholera , ubi subito paucarum horarum spatio , tanta copia liquidi tam per vomitum , quam per alvum evacuatur , ut totum corpus exhaustum , facies pallida , prostatæ omnes vires , & quandoque lethales convulsiones a-

ni-

---

(1) Boerb. inst. med. Apb. 1209.

nimia , & subita tali inanitione observentur .  
 Nec ne, gratula quidem sanguinis sudam ,  
 ut deorum prodierit .  
 His prahabitis , dico , omnium antiquorum  
 Medicorum hypotheses ad purgantium vires ex-  
 plicandas exhibitas , triplici potissimum prin-  
 cipio innata , Sympathiaz nempe , Antipathiaz , &  
 Fermentationi . Hippocrates enim , qui in rebus  
 naturalibus tractioni plarimum tribuit , purga-  
 tia humores sibi similes trahere , non secus ac  
 plantae alimentum sibi proprium ex terra attrah-  
 hunt , arbitratus est (1) . Sed hanc sententiam  
 refutavit Pechlinus (2) , Galenus (3) , Rhales , Ave-  
 rhoes , & alii apud Sennertum (4) Item M. Sebiziüs  
 Senior (5) Vallesius (6) Liddelius Heur-  
 nius ,

(1) In Lib. de nat. hum.

(2) De purg. 5. I. T. I. pag. 8. & seq.

(3) De simplic. med. fac. III. 25. & v. 17.  
 & passim in aliis locis.

(4) Instit. V. L. p. II.

(5) Disp. de purg. rat.

(6) Lib. 9. contr. 3.

Mius. Fugsius, Fallopius (1).

Alii dam Attractionem statuant; multum inter se discrepant, horum enim aliqui manifestam, occultam alii prætendunt causam, teste clarissimo Brunone (2).

Nonnulli putant hanc attractionem fieri propter similitudinem, sicuti Le Vasseur (3) Joh: Hartmannus (4) Crollius (5) Prosper Martianus (6) Vindemannus (7) Joh: Nardius (8) Kircherus (9) & alii plurimi. Similitudinem tamen hanc negant Herm. Grube (10) & Gisbertus Voetius (11).

Ve-

(1) L. 7. Cap. 2. seq.

(2) Disp. de purg. modo ac viis §. 5.

(3) Litt. 4. §. 10.

(4) Disp. chem. med. §. 45.

(5) Tract. de signat.

(6) De rat. vick. in acutis pag. 340.

(7) Disp. de arthr. Corol. 10.

(8) Ad ment. Gal. nocte geniali.

(9) Magnet. L. 3. p. 7. C. 3.

(10) Lib. 4. pag. 153.

(11) Disp. Select. p. 3. pag. 152.

Versum contrarium opinionem tueruntur Puteanus (1), & Laurentius Jolbertus (2), qui statuunt, cathartica potius fugare, & expellere, atque antipathia verius, quam sympathia opus suum perficere: eodem modo, & pleraque alexiterioram, quæ venena extrahere falso dicuntur. In initiam illam purgantium, seu antipathiam inquit quoque Moserus (3), & alii apud Sennertum (4) sed hoc refutant Sebzius (5), atque Sennertus (6).

Non desunt, qui combinationem utriusque actionis moliantur, credantque fieri partim trahente pharmaco, partim pelleante natura, ut Hippocrates (7) & Galenus (8): Conferatur

B.

Hor-

(1) *De med. purg. fac. lib. I.*

(2) *Parad. g. Dec. 2.*

(3) *Ad Verulam. hyst. vite, O mortis pag. 422.*

(4) *In istit.*

(5) *Disp. de purg. II. pag. 4.*

(6) *Instit. l. V. p. I. Sect. I. C. II.*

(7) *Lib. de nat. hom.*

(8) *Ad aph. 22. S. I. O l. 3. Simpl. Cap. 25.*

Herstius (1) Joh: Viscerus; Steph. Roder. a Castro, & Nicolaus Cabeus, qui (2.) ait: Purgantia ex similitudine, vel dissimilitudine naturæ agere, transmissis per totum corpus har- litibus, seu spirituosis particulis ex vi caloris excitatis.

Vero videtur similior sententia, ait H. Grubbe (3) quam nonnulli fovent recentiorum vim purgatricem illam a tota medicaminis tem- perie vel citius, vel tardius cum suis intuitu eraseos, tum humoris ipsius educendi, vel tenuioris, vel viscidioris, citra ullam sive anti- pathiam, sive sympathiam agentis sat com- mode deducendam. Crasis autem illa, si in re difficulti aliquid est dicendum, a sale sui generis crudiore, ac aere, aut particulis etiam talis hujusmodi naturam redolentibus, videtur deri-

van-

(1) *Æxerc. pharm.* 6.(2) *Phil. magnet. lib. II. Cap. 15.*(3) *De med. simpl. cognosc. art. 4. sect. 7. pag. 153.*

vanda, &c ibidem ex Poterio probat, in salē  
vīm laxativam potissimum residere, & maxi-  
me in volatili. Quercetanus in sua Pharma-  
eutica ex mente Galeni afferit, ex medicina  
mento purgante; dum est in corpore, elevarū  
partem subtilissimam, quasi spiritualem, quae  
per corporis partes perniciens suo fungitur offici-  
o, et purgatio succedat. Cui videtur accessi-  
dere Daminicus Panarolus (1), qui hoc ipsius  
odore purgatis probat.

Erasistratus opinatur ita evanescari a purgante  
humores ut primo tenuidres, modo crassiores,  
deinde crassissimi succedant; idque ex metu va-  
cui nulla trahente vi natura, ut allegat Fallo-  
pius; (2) refutat vero Galenus. (3) Hamma-  
fer (4) & alii. Erasistratum sequuntur Grispa-  
pius, Diocles, & Asclepiades, qui omnium

(1) Pensec. q. obs. 28.

(2) Tract. de purg. C. 2.

(3) Lik. de purg. Med. facult.

(4) Disp. inaugur.

primi in purgantia invehuntur, ut ait Galenus (1) & Le Clerc (2).

Tessalus autem quamvis in damnandis purgantibus Erasistratum, & Asclepiadem sequutus sit, melius tamen se gessit, & purgantia purgantificando agere validioribus rationibus confirmavit. Unde omnes methodice fecerunt Medici, ejusdem vestigiis inherentes ejus opinionem tamquam dogma fundamentalē eorum facta respexerunt. Rationes vero, quibus opinionem suam probabat, & contrarios impugnabat, a Galeno adducuntur. Hæc sunt Tessali verba, ait idem Galenus, (3), Athletam, quem volens, „captiamus, bona præditum valetudine, naturaliterque se habentem: huic bona in corpore, „cum insit materia, firmaque medicamentum, „purgans exhibemus, quoque excrevatur, sum,

„mē

(1) *Contra ea, que a Julianō dicta sunt*  
Cap. V.

(2) *Hist. Med. part. 2. lib. 4. Cap. III.*

(3) *Loc. cit.*

,,, mē corrupta ostendimus, unde colligitur, nō  
 ,, mine, qui iis contradicere queat, reperto, cum;  
 ,, quæ nunc excernuntur acerrima simul, & cor-  
 ,, rupta, antequam medicamentum exhiberetur;  
 ,, talia athletæ non adesseant (bona enim is habi-  
 ,, tudine erat) nihil aliud nobis restare dicendum;  
 ,, quam utraque hæc a medicamento fieri; primo  
 ,,, quidem materia ab eo in corruptelam vertit  
 ,,, deinceps etiam excerni, sive per vomitam id, si-  
 ,,, ve per alvum fiat. Plurimi deinde Medici  
 Tessali rationibus moti purgantium actionem  
 fermentatione fieri sustinuerunt: Ita Hygmo-  
 rus (1) Mart. Skrokius (2) Simon Pauli (3)  
 Roflincius (4) Pechlinus (5) Bruno (6) H.  
 Grube (7) Christianus Hursnerus (8) & Hele-

B. 3

Rof.

(1) Disp. anat. P. III. C. 3.

(2) Lib. de ferm.

(3) Digress. de febr. mal. pag. 89.

(4) Med. comm. lib. V. S. I. C. 9.

(5) De purg. Cap. 3.

(6) Disp. de purg. modo, ac viis.

(7) De med. simpl. cog. art. 4. S. 7.

(8) De purg. proscripti.

montius, qui purgantium actionem his verbis explicat (1). „ Quidquid profligant, exterminant, que Cathartica, crux est per virus pharmaci maceratus, cuiusque Cadaver fastens per anum evicetur; & paulo post. Igitur solutivum virus adhuc tantisper, ac in stomacho detinetur, putrefacit, ac contaminat, quidquid in Mesenterio eminus ad meliores usus erat depositum; trahitque invicem putrefacti Thesauri depuratum cruentem e vena cava, cumque sensim contagio virulento contaminat, & fastido fermento cadaveris liquat: Similiter & Leonardus a Capua sententiam suam de purgantium agendi modo pronunciat. Ait enim (2), ma le purganti medicinae, ciò, che nelle viscere ritrovano, fermentano, e rendono mordace, e fangli cambiar natura, e quinci avvien, che ciò, che si vota, appaja di diversi colori, e prenda una puzzosa similitudine.

(1) Cap. respond. Aut. n. 4. O. n. 7.

(2) Ragion. 4. pag. 227.

simile a' cadaveri ; per esser le purganti medicina  
ne sì stimolose, che aprono le delicate bocuccce  
de' wasi, facendo da esse uscir fuori il fugo in  
esso loro contenuto, e cerrompendole, e consistendo  
la virtù delle purganti medicine nelli sali, ch'in  
esse sono, in quelle sostanze, olle più operano,  
e la efficacia lor dimostrano maggiormente, ove  
i sali più prestamente dissolvonsi, e quinci av-  
vien, che le feccis, che per esse si votano, li-  
quide divengano, e discorrenti.

Nec defunt, qui dicant purgantia agere at-  
tenuatione, & segregatione humorum, ut Joa-  
nnes Valeus. (1) Multi hoc tribuunt irritationi,  
ut Galenus (2) Eraeus, Scheghius, Rolfinicus,  
Bernardus Swalve (3) . At Andreas Chioccus  
tum credit facere irritando, quando omnes in-  
discriminatim purgant humores ; (4) & Tho-

B 4

mas

(1) Inst. med. lib. 3. C. 2.

(2) Lib. 3. simpl. C. ult.

(3) Disquis. Therap. sect. 2.

(4) Lib. 2. quæst. philos. &amp; med. 8. pag. 91.

mas Cornelius Consentinus inquit (1) purgatio fit ex irritamento assumpti pharmaci, alteriusve stimuli, quod hactenus fuit incognitum. Sed hanc sententiam refutat Sennertus (2).

Ex supradictis patet, antiquos Medicos intam varias, & contrarias opiniones abiisse, ut eo minus mirer verba Cl. Fallopii dicentis: (3) Tria sunt, quæ valde turbant mentem meam: Primum magnes: secundum medicamentum expurgans, tertium hydrargirum, in quo observo miracula naturæ. Merito ergo purgantium agendi rationem a Jo. Herm. Fursteneu inter desiderata Medico-pathologica recenseri (4).

Recentiores autem Medici mechanicæ, & hydraulicæ principiis instructi purgantium, omniumque medicamentorum actionem iisdem principiis explicare contendunt, & quidem in

tan-

(1) *Proginasim. phys. 6. de Nutr. pag. 2202.*

(2) *Inst. loc. cit.*

(3) *De morb. gall.. cap. 25.*

(4) *Desiderata path. med. pag. 181.*

tanta rerum obscuritate probabilius, ac veteris  
milius scopum attingere videntur. Quapropter,  
ut meam de hac re sententiam promam, iis-  
dem innixus principiis, dico i. Purgantium  
vim in sale aeri volatili vellicante, & massam  
sanguineam colliquante consistere: Id confirma-  
tur ex phænomenis multis, purgantia, si qua-  
dem ad longius tempus adservata inertia eva-  
dunt. Sic scammoneum, si recens præscribatur  
eadem dosi, qua in officinis per aliquot annos  
servatum passim exhibetur, pessimum dabit ho-  
minem, & per solutionem alvi tabificam ne-  
cabit: Colocynthis, si pinguedini mixta umbi-  
lico affricetur, vel ejus pomum aliquam dia  
manu detineatur, per simplicem hanc, & ex-  
ternam applicationem fit purgatio, quæ vix si-  
sti potest. Globulum ex helleboro fonticulo ad  
mundicandum impositum, & vomitum, &  
sedem movisse, auctor est Valeus, (1) & ve-  
te-

(1) *Di. metb. med. pag. 124.*

teres pedes decocto hellebore lavantes se purgabant, ut habet Heurnius: (1) Nec defunct exempla solo odore purgatorum, ut inter alios testantur Sebizius (2) Jo: Daniel Horstius (3) Melderus (4) Marcellus Donatus (5), & alii. Boyleus (6) narrat, quod cum Medicus quidam, magnam radicis hellebore nigri copiam diu corasset tundi in mortario, plerique eorum, qui in illo conclavi erant, in primis vero ipse tumor, eo ipso fuere purgati, eorumque nonnulli satis vehementer. Exhalationes ex contusa colocynthide pharmacopolis aliquando tormina, & graves alvi fluxus concitasse refert Constantinus de Verulamio. Præprimis vero hoc saltere in vegetabilibus latet sub tegmine resinæ,

un-

(1) Comm. in aph. Hypp.

(2) Coroll. prim. ad disp. de constip. alvi.

(3) In loc. cit.

(4) Disp. inaug. de Hypercat.

(5) Lib. 6. Hyst. med. mir. Cap. 3.

(6) De natura effluv. pag. 88.

vide quod drachma una Jalappa efficit, id pauca resinae grana praestant. Resina hinc sale volatili acri, & oleo concreta est, & si sal levaverit, oleum effusum remanebit absque sensibili ponderis diminutione. In purgantibus mucilaginosis latet hic nucleus sub cortice, & membranoso aquoso, sale fixo armato extrahi debet; hoc enim non tantum texturam resinae suae substantiam oleosam intrat, sed resolvit, & intima sulphuris claustra referat. Hac quoque ratione purgantia haec parum ciecurantur. In metaltis sat illud acre defitescit, in sulphure, non quidem, qua tali, sed quatenus salis volatilis beneficio elatum, & cum eo coniunctum est, & licet eorum acrimonia lingua fensum subterfugiat, ventriculum tamen vellicare sufficienter, & sanguinem colligare potest.

Cum igitur de purgantium enucleatione sat actuosa esse videntur, ordo nunc postulat, ut in eosmodi operandi modum inquiramus, ac explicemus, quomodo penes sua in corpore exequantur.

tar. Id autem praestant duplice modo irritando  
fibras nerveas intestinorum, & massam sangu-  
inem dissolvendo, hisce lumen fenerabunt se-  
quentia. Purgantia ventriculo concredita, si  
non liquida fuerint, ab humoribus in ventri-  
culo contentis dissolvuntur, ab experimentali  
namque physiologia desumitur, menstrua aquo-  
sa apta esse non solum ad salium dissolutionem,  
verum etiam ad dissolvendas substantias resino-  
sas, ut gummi arabicum, bdel lium, ammonia-  
cum, unde ab hoc aqueo menstruo, sero vide-  
licet, specificis salibus composito penetratur,  
& rumpitur mechoacanna, jalappa, agaricum  
&c. Corpora pariter sulphurea opportuna esse  
ad omnes sulphureas materies penetrandas, ac  
dissolvendas; ut & salino-sulphurea ad omnia  
quoque salino-sulphurea composita dividenda,  
& dissolvenda disposita esse: omnia denique  
corpora salina tantummodo valere ad salines  
potissimum massas penetrandas ac divellendas:  
**Unde patet sales liquorum e glandulis visceraum**

sc.

separatorum, & partes saline-sulphureas bilenti componentes penetrare, & dissolvere substantiam purgantium salinorum, & saline-sulphureorum; quorum unionae, & nexu vires, ac momenta hujus specifici compositi in tali ratione composita augenda erunt: nimurum proxime in ratione composita numeri particularium elasticarum, & salinarum compositi, ut & in ratione composita motuum utrorumque, ut patet ex mechanicis: Cum ergo vesriculus, & intestina motu alterno continuo moveantur, ac maxima polleant sensibilitatem, & irritabilitatem, patet, quod medicamenta attrita, & dissoluta cum fuerint, suas vires, ac momenta exercebunt contra fibras tangentes, & percussas in ratione composita molium, ponderum, figurarum, motuum, & elasticitatum medicamentorum eorundem; quz ratio composita virtutum, & momentorum non levis, sed aliquando summi momenti esse poterit: Facta itaque tam valida sollicitatione, ac impulsu quaqua versu-

a pur-

30

purgantium effluviis contra fibras, necessariae  
consequi debent in ipsis fibris contractiones tam  
frequentes, & multiplices, quæ respectivæ eos  
cum sensibilitati, nec non potentias solliciten-  
tibus, ac impellentibus sint proportionales: Cum  
vera fibræ distractæ contentur se se restituere ad  
naturaliam suam contractionem, iisdem viribus,  
se motientis, quibus distractæ fuerunt, ad  
contractionem properabunt. In tantis autem mo-  
tibus distractionum, & contractionum fibrarum  
membranæ nerveæ, muscularis, & villosæ,  
comprimi, & contrahi necessario debent innu-  
merabiles glandulæ, per easdem membranas di-  
atributæ, & magnum liquidi copiam, iisdem  
durantibus causis, successive eructabunt.

Minimæ partis purgantium particulae, sive  
effluvia per orificia lacteorum vasorum, chylum,  
lympham, sanguinem ingressæ, facto intimo  
contactu cum particulis fluidorum, rotando cir-  
ca proprios axes, asperis suis superficiebus divi-  
dunt particulas fluida componentes, frequentio-

ref.

resque communicant continentibus vasis oscilatōnes; unde accelerabitur sanguinis circuitus, & citius, & promptius ad intestina deferetur. Constatbit itaque, cur a medicamentis purgantibus, agentibus, & reagentibus contra fibras intestinales, tot ac tantæ separationes liquidorum fieri debeant; evacuatis enim prima vice glandulis intestinalibus, facile a repetitis circulationibus denuo replentur, & denuo sollicitantur, irritanturque glandule ipse a permixtis particulis medicamentorum, sive novam partant, & parataam sollicitant excernendæ materia quæ quantitatem.

Nec diffimili ratione operantur leviora purgantia, qualia Ecoproctica, quæ pinguia sunt, & laxantia: hæc etiam suos calant auleos & quoque sinu condunt aspritudines, quas, occasione data, pandunt. Pinguia saine sunt, quale est oleum amygdalinum, quo solvitur alvus & pungunt, & mordent: ut enim oleosa sic vellent oculos, ut lacrymas prolicant, cunctaque crys-

erysipelate deturpatam ita exasperant, ut exal-  
terent; intestina, quæ cute, ac oculis tenerio-  
ra sunt, ab oleosis pungi, morbideque titillari  
posse verosimile est. Porro qualis energiæ sunt  
oleosa proliwendis serosis humoribus, de quo-  
rum genere sunt liquores, quos purgantia, edu-  
cunt, monstrant butyro lita betæ folia, quæ  
pro vehendis vesicantium evacuationibus adhi-  
bentur.

Cæterum corpus humanum ita a rerum Con-  
ditore factum est, ut ejus organa sensibilitate,  
motuque gaudeant particulari, itaut ab uno  
eodemque objecto, diversæ fiant actiones, pro-  
ut diversum est organum, quod afficitur, quod  
a posteriori nobis innotescere debet; & certe  
hic, si alicubi animadvertere datur sensuum  
aberrationes, & fallacias: alius enim est lin-  
guæ, alius oculorum, alius stomachi, & inte-  
stinorum sensus: Sic sibium, oculorum mitige-  
torium, stomachum vehementer turbat; pyrethri-  
ves gentianæ radix, quæ lingua imposita salie-

vales glandulas ita contrahit, ut magnam salivæ copiam effundant; deglutita vero flomachum reficit, ciborum coctionem adjuvat, chyle lique introductionem facilitat. Etiam inter venena, & draistica purgantia dantur multa, quæ insulsa penitus sunt, fatua, ac insipida, quæ hic recensere inutile existimo, attamen eorum effectus, si deglutiuntur, tam nocui sunt, ut horrorem faciant; similes veniunt ex edulis infidis: musti, mellis, lactariorum, melonum, & fungorum; pericula comperta sunt non minus, quam delestanta. Tumultuosa nequastantum, quantum voluptuosa. Præterea vellicationem, & vasorum oscillationem absque stimulo concipi posse in intestinis præsertim, quæ sensus sunt exquisitissimi, minime dubito: hæc enim facile horrent, & objecta respuant, quæ vel particularum mole, vel specifica gravitate fluidis eorum, & solidis incongruentia sunt, inopportuna loco, & peregrina; ideoque illas partibus delicatulis incommodant, quæ

inimica presentie, molesta mole, incongrua natura ad excretionem sui, & expulsionem provocant. Sic quae faciles, & patulas se præbuerunt oscillorum in intestinis hiantium aperturam borrent, nausent, contrahuntur, retrorsum oscillant, & oblatæ expungunt. Facile ex supradictis intelligitur, cur purgantia valida saepe nil purgent, imo dolores pariant intestinorum, & abdominis, cum maximo negotiaptium periculo. Effluvia etenim medicamentorum, si violenter agant in fibras membranarum, ut haæ substinere cogantur statum tonicum diffractionis, aut contractionis, tunc parusa, aut nihil oscillantibus fibris inertia fieri coetus peristaltici, aut integra ejusdem ablatis, cum pervitate, aut nullitate excretionum & glandulis intestinalibus. Summa itaque cura fulgenda sunt valida purgantia in subjectis sensibilioris constitutionis, in tenetis, & senilibus statibus, aut in morbo fractis, & permittendis solummodo in fortissimæ constitutionis homi,

anibus; vel ubi sensibilitas deficit, ut in paroxysmis; & sopore effectis ex lento crassoque humor: tunc enim similia purgantia, esse poterunt fluidis densioribus, & solidis proportionalia.

Intelligitur etiam, cur post purgationes aliquis fluptica rethancat, quod olim ipse Galenus sui tempore animadverxit: inquietus, Nonnulli, an praesens gaudent, si copiosius dejeicerint, verum quanto magis fuerint vacuati, tanto his venter sequentibus diebus adstringitur (1). Si autem consideretur a purgantium actione, sollicitates, & stimulatas fibres, & glandulas intestinorum, has coactas esse frequentissime, & celeriter oscillare, proindeque magnam liquidum copiam effundere cum magna succi nervae elasticj jactura; hisce majori copia effusis, ac deperditis, fibrae omnes, & glandulae intestinales laxatae, enervatae, siccatae, & aridae redditae in statu iner-

G 2

tia

(1) Lib. de meth. med.

tia jaceret debet : hinc minus apte ad opportunos, & validos motus oscillatorios, seu peristalticos exercendos pro materiarum separacione, & excretione, proindeque alius stipita erit sequutura.

Hac sunt quae pro temporis angustia in tanta rerum obscuritate, tibi referibere potui, effectus vero purgantium a prudenti, vel imprudenti eorum usu, quas scire desideras, sicut nunc dabitur, in alia epistola tibi patefaciam : nihil enim gratius mihi contingere potest, quam tuis petitionibus satisfacore. Vale & nomen tuum virtutibus illustrius reddere semper contende.

Paulus ad Cor. Epistola

## EPISTOLA SECUNDA.

**N**ostri illorum, dari in Medicina purganti  
 medicamentis antiquissimis, certum quidem  
 est: nam missa Michampi hystoria,  
 seu petitis fabulis & spretisive, quae  
 herosca sunt temporum heroicorum  
 signantis, stabilitus, iam, vulgariterque purga-  
 tionis usus Caudierum Medicorum sitate, quo  
 Hyppocratem tempore multo praecepsit, ne tunis  
 temporis quidem novitiam frustra purgandi potionem  
 indigitat. Multifaria insuper, multisque  
 cautionibus iam instructa Hyppocratis tempore  
 purgantium usurpatio, tritum esse uterabilem  
 dit. Postmodum aliter cessere medicamentis; mem-  
 tibus fucata fecit purgationis eventus; qui can-  
 in evacuatione humorum positus videscitur, b-  
 atores stabilierunt in morborum easias, eva-  
 cutionem in remedium. Hinc accidit, quia que-  
 curationis tantum pars erat purgatio, his iustis

ma evaserit; proindeque mutato in initium  
medicandi fine, saudet in caput versa est. Cum  
que id remedii malorum omnium non sit ever-  
tendum, immo sapientia infans haec, quasi Delphic  
est aperte sectum, non agitatum minus,  
quam in agitatum ceterum insuetus est. Tantum  
potuit subdere malorum ascendens vacuationum  
interpretatio. Igitur rationes explicari conve-  
nit, quibus usus firmari, sed abusus omnino  
toldi peterit, quo arti recte uberior fructus;  
& secundas major operationes eadem intelligo,  
non quis ante inventarunt. Medici querunt, sed  
quos post inventum medicinam inveniunt. Por-  
tu artis, quae nihil, nisi a posteriori compet-  
ens habet, commendabilius nihil aliunde con-  
tingit, quam ab usu, qui a magnorum viro-  
rum in primiti exercitatorum testimoniis inno-  
scere sieber. Quapropter, ut rectius procedam  
opus, descripca jam in precedenti epistola me-  
chanica purgantium operandi ratione effectus  
nunc tristes recensemus oportet, quos ab omni-

modo mortaliunt Auctores, ut melius cognita sic  
corum natura; non tam facile in agrotorum  
parviciem habemus aptamur. Enim nil planius  
est, quam moches non semper per hujus, aut  
alterius humoris excessum, sed plerumque per  
defectum (ut taciturno causis ex solidorum  
vitiositate) constitui, ut proinde Hippocrate  
Medicorum usus declaravit, de trahere;  
et radicere. Alque licet priores evacuationes in?  
digeant, nam non semper redundans humor  
ad intestina facile duci potest; Frequentior aut  
tem cathartorum usus (qui nefcio, quo fato  
ad nostra etiam saeculis pervenit) non modo  
utiliores sanguinis partículas depopulatur, ac  
mactum tractat, & benefica viscerum fermenta  
absorbit, sed etiam omnia turbat, ac consum  
dit, atque spea inconfuetas vasa dicit.  
Quare longe minus inter Medicos illi peccare  
nulli videntur, qui a cathartis medicamentis  
omnino se abstinent, quam qui per repetitas  
purgationes universum corporis humorum ex-

C. 4. hau.

bauriant, non saliter, ne quicquid ut hincum est  
putci fundo extrahant, universas prius aquas  
ducunt; unde liquet, quod Medicinam na-  
turæ humani corporis consentaneam non faciunt,  
sed potius illam ad absurdam, & saevitiam me-  
dicinæ leges trahere constat.

His certo rationibus observatione cognitis  
motus Hypocrates adeo utilia documentata ciso-  
ca purgationem reliquit, ut nisi illa, manu-  
sia nostra excident, labi nobis difficile sit.  
Quia propter, ut tibi, vis crudissime, in  
hac re morem geram, quis majoris momenti  
circa purgationem in eius scriptis occurruat  
percepta, simul congerant, & uberioribus obser-  
vationibus illustrata exhibeo. Ac primo quidem  
Cathartica pharmaça sanis corporibus intendit  
Hippocrates. (1) quum inquit, „Qui sana ha-  
bent corpora, duxi purgantur, celeriter exsolvun-  
tur; & alibi (2) purgationem periculosam pro-  
a

---

(1) Ap. 37. sect. 2. & seq.

(2) Apb. 16. Sect. 4.

stantiat s̄e , qui sunt integrā valētudine . Cuō  
jus spherasi veritatem H̄urnius demonstrati-  
rus addit . , Vidi sanos , quos in pennis et  
exit ſelum ſimplex aposema purgatorium ex fa-  
tumaria cum ſennas foliis temere exhibitam . Edunt  
ſuntur enī vi pharmaci boni humores , quod  
retineri debent ; ideoque debilitantur hontis  
ſecundū , &c in convulfiones , vel in animi deli-  
quium incident , qualia mala producere certi  
non licet Medico . Memini , ut alios plurimos  
egueram , dum Romae medicina studio incurre-  
berem ab uicia una ſatis Anglicani præſeruere  
at fine caſſumpti dechalcem hypocratharim in  
mauile ſana ; & coquita obſervasse , &c ex ſolo  
uero pilularum aborticorum cum extracto bellu-  
gori , & trachiscis alhandal annatarum ( nō  
tulo conservandi sanitatem ) tristes effectiones apud  
illustres etiam personas se vidisse refert Eridonius  
Hoffmannus (3) . Similes obſervationes referunt

Har.

---

(1) Med. inst. tom. 24 c. 5. §. 12. - 3

Hadden (1) flauit (2) : Babotus (3) : Flaviter (4)  
 Davelius (4). Prashitemi metainit, qui facit  
 purgationem tuis tantum humoribus combustionem  
 non sustinere; ne posseis ab illa (diesbus) obie-  
 cit. Lindi optime. Colus dixit. optima me-  
 dicina est, non tali medicina. Brevibus idem  
 annuit Avicenna. Medicina purgat, & innotet.  
 ut Helmontius (5) in scriptum elicit.  
 Hunc aesculis didici, si quod, quicunque amat  
 uitam longam, & infirmi, abstineat a purga-  
 tibus, quemque impetu & sumptu. Profec-  
 ergo illi sanitati sue aconsulunt, quod profecta  
 eandem causa purgans mortalem habent. Præ-  
 cirkumscripta, quod nobis, sibi statuerat,  
 alias ipsam uitam abbreviant, statimque bellum  
 ex morte obsecunt, aut ipotius ipsi, fons  
 procedat, illi etiam (metasunt pluvia & drizzas  
et aquae in aqua - et aqua in aqua - et aqua in aqua)  
 (1) 946. 69. (2) 200. 200. (3) 200. 200.  
 (2) 9. obs. 23.  
 (3) De purg. pag. 267.  
 (4) 2. obs. 45.  
 (5) Apb. 4. lib. 5. apb. 1. l. 5.  
 & apb. 6. 5. Seeff 7. 1. 1. 1. (1)

Præter pungentia, præscitione, quæ fortiora sunt non solam astringunt, sed utiles humores educunt, verum etiam quia facultatem continent naturæ inimicam, immo deleteriam agnoscunt hoc ipse Hippocrates (1), qui lachalens hypencatharsim annotavit his verbis: „Quidam homo Eubeus puto pharmaco deorsam purgantem super tuas diæs purgabatur, & mortuus est. Parvates &c in aphorismis (2) convulsionem ex hellebore, & a purgantis potionc lethali redditam, ut & purgationi iatricæ convulsiones aut sanguinum supervenire, malum pronunciatæ. Ex quibus Hippocratis locis non solus deducitur, minitati mortis periculum a delicia hellebore vi ab antiquis satissimum. Verum etiam a quacumque immodicæ purgatione, & purgante quocumque etiæ non raffinata medicina

(1) intercedet arca salomon, ratione  
præter pungentia, & lachalens

lachalens hypencatharsim annotavit his verbis

(2) Lib. 5. Epid. Cap. 16. Tr. 178. 3. 3.

(2) Aph. 4. lib. 5. aph. 1. l. 5. Or aph.

85. sect. 7.

tura: hac etenim deprendatur alba maxime tenuis  
gravis portio, & consequenter ipsi nervorum  
lympha profunditur, quod exhausti genitrix co-  
peioris inservit est, quo proprius ad ipsa vita  
feminae persinet profusa haec lympha, vita la-  
tex, vel vitalis clateris, & potentiarum vi-  
tae somes, & causa. Inde se prodit purgantium,  
ut sit benignorum plusquam satis timenda noxa,  
ut pote quae ipsis insidiantur vita causis, quae  
etiam minantur pressundant, minantur, cum non di-  
gunt, quariant enim solidorum systalitantes  
nimis sic exasperant, illorunque oscillationes  
sem potenter movent, ( semper enim de si-  
nularium censu, ac tribi habebuntur ) ut  
fluida deturant, eliquent, dissolvant, detur-  
quentque impetu, eaque copia, quae virium  
exhaustarum suarum, unde quae succedunt con-  
vulsiones, pessimæ notæ habendæ sunt.

Veneficam hanc Catharticorum facultatem  
peritiores inter antiques, ac recentiores claris-  
sime agnoverunt, sic Asclepiades teste Cel-

fo (1) usum purgantiam maxima ex parte suauit, ea motus ratione, quia nempe omnia secre stomachum iedunt, & mali succidunt. Asclepiadem sequuntur omnes methodicae sectae. Medici, inter quos maxime emicuit Cadius Aurelianus, cuius verba placet hic resensere; his enim (2) de purgantibus ita statuit, quod semper ob acrimoniam stomachum tumescerent efficiant, atque ejus membranas inflammat, & periculofam ventris fussionem provocant, & alibi (3) prodiicit quod purgativis medicamentis stomachus male afficiatur, & genos nervos tum universum inde iedatur. Galenes sic de purgantibus loquitur (4). „Purgantium omnium medicamentorum natura corporum, quae purgantur naturis contraria est, atque ut quae in qua dixerit lethalis, & deleteria. Sic Fer-

(1) In prefat.

(2) Cap. 30. pag. 228.

(3) Lib. prim. C. 1. de cephali.

(4) In Hypo. de vita acut.

scelus (1); xantharctie substantiam & vita verminata disertis verbis ascribit. Campadius (2) venenosa, & maledicta vocat purgantia.  
 Nea diversa, sed ejusdem indolis esse syne-  
 plendata, quae a drasticis purgantibus improvide  
 exhibita, quamquam non a venenis excitantur.  
 Mala, apquit Hoffmannus (3) ex drasticis pur-  
 gantibus: impetuino latet sum aliis venenis  
 sepius infusa; atrecia cum cribris dejectionibus  
 tormento, fulverfione ventriculi, enormes vo-  
 mitationes, singultus, aderbi cardialgici (dolores),  
 precordiorum incandescencia, strangulationes fau-  
 ciuum, asticatas, &c. inquietitudines, animi  
 distractio, pulsus vel tactus durus, &c. confras-  
 sionis; ex capite vero convulsiones, epilepsia, &  
 mentis turbations prodeunt. Praeter haec ha-  
 bitus corporis constringunt, & partes exteriores

fri-

(1) L. 3. c. 5.

(2) De cribrat. stediam. cc. 1. 3. (3)

(3) Medic. syst. 12. t. 3. de mala veneni-  
 vim habent. c. 5. & exibit. cc. 1. (4)

frigida; & inhaerescit; nonn. sudore frigido;  
 quam cuncta facies cadaverosa; & tendere mortis  
 exspectat; & ut in diffectis Lex. i. veneno, caeciliis  
 &c. g. Arsenico, mortuorum corporibus, eveni-  
 spiculi; & intestinorum patres maxime inflam-  
 matores; & sphacelosus deprehenduntur; intestini  
 sanguinis mitum in: modorum inflatio, & que diffi-  
 cis. Ita idem etiam vix oleprobendisse in iis;  
 qui purgantibus, vel coperitis; interempti fue-  
 rent; bona fide testari; & pluribus observatio-  
 nibus confirmare possem. Pariter & Christiano  
 Kurfæderus sequentibus iephis. sequentiam suam  
 de purgantibus explicat. (1) a Prostoro si purg-  
 ,gantibus cum venenis conferamus in omnibus comp-  
 ,ipis convenienter acrononia enim sita corrosiva  
 ,& osdormi; quae venena edunt effectu, spaffam  
 ,sanguinem corruptim, pessimumq; inflam-  
 ,mationes excitant, fauces exulcerant, pesti-  
 ,bus intestinorum adhærescent, termina, spaciose,

id.

con.

---

(1) De purg. proscriptis. §. 33. v. 20. (1)

convalescere hyperæsthesie producunt, tandemque agrum jugulant. Non unquam gangrenam, impetum, vel inundationes accersunt, quis si exemplis comprobare vellem, prolixum carunculatum catalogum hic adducere possit. Itaque nec in eo, carpendas est Bonetius, qui identidem purgantia propter virus occultum in totum se-  
ge ex foro Medico cum venenis ejicienda pu-  
ent, & Matthias Gargia probat, purgantia.  
Non modo nocere, quis in magna quantitate  
humores educunt; verum etiam, quia veneficos  
pellent qualitate, inquit enim. (1)., Purgantia  
largius sumpta non solum nocent, quia calo-  
rem imminuant vi evacuationis, sed quia con-  
iunctam habent qualitatem venenosam, ut ter-  
tio Simplicium Capite 24. docet Galenus, &  
ratio est, quia in colica affectione intra tri-  
duum solent agrotantes perire viribus ex vi  
evacuationis dissipatis, cum tamen venenosus

sbi

---

(1) Disp. 2. de anæsthesia art. 2.

abi non adsit: unde purgantia; non quia vehe-  
menter attrahunt; ut venena, interficiunt, ut  
volet Averrhoes, præsente enim evacuatione  
calor languescit, quo sit, un resistere non va-  
leat venenosæ qualitati purgantis; si enim ex  
vi evacuationis hoc præstarent, essent ex acci-  
denti venena, non autem per se.

Hanc virulentam, ac veneni æmulam' dra-  
sticorum facultatem Wepferi experimenta uber-  
rime evincunt, qui in tractatu de cicta aqua-  
tica memorat, se catellis variis generis pur-  
gantia certa dosi ingeffisse, eoque facto mox  
vomitus, convulsiones, ac demum mortem suc-  
cessisse; factaque postea sectione, ventriculum,  
ac tenuia intestina inflammata, ac maculis ru-  
bicundis non secus, ac si arsenicum datum  
fuisset, conspersa comparuisse, & quod memo-  
ratu dignum eadem phænomena, eosdemque  
effectus a resina salappæ, cuius usus nostris tem-  
poribus tam frequens admodum est, observari  
idem Auctor conceptis testatur verbis.

D

Cer-

Certe si considerentur purgantia drastica , sive ex mineralibus , sive ex vegetabilibus desumpta , & effectus , quos in partibus corporis externis producunt , facile concipi potest , quomodo benefica vi agant intus sumpta . Sic argentum est insipidum , & inodorum , & ingestum alvo redditur : paucæ guttæ spiritus nitri sumptæ alvum fistunt , & vim purgantem vegetabilem cohibent ; ex argenti tamen grano uno , & spiritus nitri granis duobus per ebullitionem fit crystallus amarus , qui si calidæ manui applicetur , uno momento gangrenam producit ; si incaute sumatur , homo post summa tormenta excernit humorem fetidum cum summo vitæ discrimine . Pariter & aurum est corpus omnium blandissimum , quod in serum natura cognoscimus , deglutitum nil malifacit , nisi quod Indi ideo ab Hispanis capti , & exterati fuerint ; si grano uni hujus auri blandi addas grana quatuor aquæ regiæ , fit ebullitio , & solutio : Si penicillum haic intinctum ad-

mo-

moves lingue, illa mox comburitur; si ex his  
ces haec quinque grana, manet granulum cum  
dimidio, quod si in corpus ingeras, fiet vomi-  
tus, purgatio alyi, & inflammatio ventriculi:  
Sic observamus cum argento vivo, & antimo-  
nio crudo, quae si ingerantur ab homine, nul-  
lum periculosum effectum edunt: non enim  
in corpore nostro adsunt salia, è quibus solvi  
possunt; sed si cum acidis mineralibus miscen-  
tur, fortissima fiunt caustica, et si intus suman-  
tur etiam unius grani quantitate facile a ven-  
triculo solventur, & enormes vomitiones, &  
erosiones producent, Nec minori vi agunt ve-  
getabilia hydragoga. Sic lac cataputiae si at-  
tingat partem aliquam corporis, illam inflam-  
mat illico; imotam acer hic succus est, ut  
tristibus experimentis constiterit, quod homines  
alvum exhonerantes & hisce foliis se detergen-  
tes, gangrena affecti sint: (i) nec minoris ef-

D. 2. *fica-*

(1) Boerb. *De morbis nervorum* pag. 302.

ficaciæ sunt convolvuli succus, seu scammoniae,  
titimali, esulae palustris, gummi guttae, elate-  
rii, & hellebori utriusque. Norunt veterinarii,  
quod si immitatur radix hellebori nigri in pár-  
tem exterham corporis animalis, oritur tumor  
pugno major; excitatur febris, exit ichor quasi  
gangrenosus, animal anhelat, & vix quiescit, &  
totum corpus mirabiliter mutatur. Vocant hoc  
ignire, & hanc erbam ignitam: Si hoc fiat cum  
helleboro albo, animal certissime moritur.  
Hinc si venatores jacula inficiunt succo helle-  
bori albi, animalia, quæ ab his tanguntur,  
certissime illico moriuntur.

Præterea cum omnium fere venenorum na-  
tura ejus indolis sit, ut præter exitialem,  
quam corpori animato inferunt vim, quodvis  
ex iis propriam quamdam operationem, atque  
virtutem possideat; ita etiam purgantia præ-  
sertim validiora, propriam, ac particularem  
in corpore exercent operationem. Sic Colocin-  
this, quæ præ cæteris tormina excitat, & vasa

ape.

aperiendo sanguinem five per alvum , five per alias vias fundit . Helleborus præsertim albus peculiari ratione faucibus est , infensus , & strangulationem cum suffocationis metu , summaque anxietate producit . Elaterium vina suam in tunicas arteriarum nerveo-musculosas evibrat , hinc pulsus sit febrilis , & ab extremis corporis partibus ad intestina magno cum impetu humores revocat . Aloe quamvis ex mitioribus sit , hæmorrhoides maxime irritat , & per has sanguinem ejicit . Scammoneum , & gumami guttae vires maxime infringunt , & robur ventriculi notabiliter diminuant . Semina cataputiae fucentam ventriculi inflammationem sepissime inferunt , & resina jalappæ convulsivata colicam , & paresin fræquentissime producere suevit , & sicut venena caustica ventriculi , & intestinalium tunicas sale acerrimo subtili irritant , & arrodunt , ibique inflammationes , & sphacelationes brevi tempore , & parva dosi efficiunt : ita cum validiora purgantia easdem notas , ac pro-

prietates possideant, merito in causticorum venenorum numerum recipienda esse concludimus.

Quamvis autem purgantia validiora magna, immo funesta damna afferre soleant, nihilominus sunt aliqui casus rariores tamen, in quibus commodam locare possunt operam; eo nempe modo, quo etiam dari possunt aliquando ipsa genuina, & pura venena cum magna, & diligenti circumspectione parva dosi, ac adhibitis iis, quæ eorum acrimoniaz resistere valeant. Quare nec mirandum est: antiquos Medicos (methodicis exceptis) & ipsum Hyppocratem etiam vehementioribus purgantibus, ut helleboro, elaterio, colocynthide, scammonio, ut eorum monumenta testantur, usos fuisse; hoc tamen non promiscue, & sine discrimine, sed in illis morbis sine febre, in quibus nimia solidorum laxitas, & irritabilitatis diminutio, una cum magna humorum exuberantia observabatur, ut in paralysi, hydrope a suppressis

men-

mensibus vel fluxu hæmorrhoidalí, præsente tam  
en bona viscerum constitutione, in melan-  
cholia, insanìa, morbo comitiali, quartana  
juxta Cl. Celsi effatum (1) veratrum nigrum,  
aut atra bile vexatis, aut cum tristitia insa-  
nientibus, aut iis, quorum nervi parte aliqua  
resoluti sunt, datur; deinceps ante horum usum  
præparabant corpus, abstinentiam, a viño, &  
a cibo commendabant, fluida, & mobilia per  
balnea, per fomenta, & interna humectantia  
reddebat corpora. Et ut Plinius auctor est  
helleborum album in lacte, aut pulce dabant,  
vel secundum Dioscoridem (2) cum ptyisanæ  
succo, aut lentiç tremore, & paucō antea ci-  
bo sumpto, maxime omnium vero satis diu  
decoquebant helleborum in aqua, addito melle,  
qua ratione usurpatus, teste Prospero Alpino,  
neque strangulationes, neque ullum aliud dam-

(1) Lib. 2. Cap. 12.

(2) Lib. 4. Cap. 145.

nam unquam afferebat (1). Unde Celsus (2)  
 his verbis sententiam suam de purgantium exhibendi modo explicat. „ Quisquis datus erit  
 pharmaceum , id agere ante debet , ut accepturi  
 corpus humidius sit , & illud scire oportet ,  
 omne ejusmodi medicamentum non semper  
 ægris prodesse , & semper sanis nocere : & ali-  
 bi , (3) „ purgantia stomachum lœdunt , & num-  
 quam in adversa valetudine , nisi ubi morbus  
 sine febre est , dantur : „ confirmat hoc ipsum  
 Trallianus (4) inquiens : „ Cathartica febrem  
 augment , intemperiem calidam exasperant , &  
 jecur squallidam inflammant . Etenim in omni  
 acuta febre , præsertim in augmento , & circa  
 statum ab exhibito purgante , ventriculi , he-  
 patis , ac intestinorum inflammatio imminet ,  
 quæ superveniens certissime mortifera est . Si-

qui-

(1) Metb. med. L. 3. pag. 96.

(2) Lib. 2. C. 13.

(3) L. de purg. §. 5.

(4) 4. Acut. 7.

quidem inflammatio, quæ est firmior sanguinis  
in vasis stagnatio, non facile, nisi a vehemen-  
ti spastica membranarum stricturna gignitur;  
unde per venas compressas sanguinis redire ne-  
scius, firmiter subsistit, & in putredinem fa-  
cile terminatur; quæ cum in partibus nerveis  
fiat, facile fluidum nerveum coinquinatur; ac  
citissime per omnes membranas, ac nervos  
propagatur: adeoque in omnes corporis partes  
tyrannidem suam celerrime exerceat; unde nil  
mirum, si ab exiqua purgantis acrioris dosi in  
febribus acutis, (in quibus semper adest quæ-  
dam spastica membranosi, ac vasculosi systema-  
tis stricturna) brevi admodum interjecta mora,  
mors sequatur, levi tantum sphacelatione in  
ventriculo, aut intestinis reperta. Unde recte  
Hippocrates inquit, (1),, Purgans forte a febri  
,, forti correptis non est dandum; verum si ali-  
,, cubi opus fuerit, infusum per clysterem exhi-

, be.

(1) *Lib. de purgantibus.*

, bero potes , quotiescumque volueris , hoc enim  
 minoris periculi est : Cautē ergo agendum est  
 medicis , ejusmodi in casibus cum purgantibus ,  
 facile enim mortem citra omnem opinionem  
 inferre queunt . Hæc , ait Hoffmannus , senten-  
 tia antiquorum fuit , quam postea superioris ,  
 & nostri quoque sæculi peritiores Medici suo  
 calculo adprobarunt (1) .

Præterea juxta veterum , & recentiorum  
 opinionem in exhibendis purgantibus non mo-  
 do ad corporis præparationem attendere debet  
 Medicus , verum etiam ad anni tempora con-  
 stitutionem epidemicam , ætatem , & morbos .  
 In magno enim frigore , vel sæviente Syrio  
 purgationes vetantur . Observantur etiam Epi-  
 demicæ quædam constitutiones , in quibus pur-  
 gantia erabrones irritant , ut passim testantur  
 practici . Pueri pariter , & senes , convalescen-  
 tes ,

(1) *Med. Syst. T. 2. Cap. 5. de med. ve-  
 neni vim habent. §. 19.*

tes, & morbo fracti, nimis graciles, & aridi, quam maxime pingues, qui sanguine, & fero impuro abundant, singultientes, tabidi, pertinacibus, ac inveteratis obstructionibus afflitti; gravidæ præsertim in primis & ultimis mensibus, diarrhæis colliquativis, vel hæmorrhagiis affecti, hydropici ex febre facti, aut ex nimia evacuatione, vel cum visceribus lœsis, doloribus gravibus detenti in primis circa viscera ex consensu dolentes, quemadmodum in dolore nephritico, commotione menstruantium, & parturientium, tussientes non ex vitio stomachi, quibus mesenterii nervi erysipelate, vel rheumatismo afficiuntur, colica pictonum, vel convulsiva, vel chordapso laborantes, purgantibus tractati magnum vitæ periculum incurront. Hystericæ item, & hypocondriaci, nisi morbi impetus conqueverit, & anodynæ simul misceantur, quique acido affligantur, nisi eo prius correcto, gravissima ventris tormenta, convulsiones, & spasmos cum nulla,

60

vel parva fecum excretionē a purgantibus  
etiam lenioribus patiuntur (3). Pluries præte-  
rea morbidos humores adeo mobiles , & acres  
deprehendimus , ut sacrum sit , evacuantia  
adhibere , ne , vel levissimo addito stimulo ,  
effrenes hinc inde summo impetu vagantes ,  
brevisſime irreparabilia damna inducant . Tunc  
mitiganda acrimonia illa est , & frenanda mo-  
bilitas (4) .

Denique , ne patientia tua abuti videar ,  
( & ut alia plurima amittam , quæ videri pos-  
sunt apud citatos Auctores ) ex mala metha-  
stasi ad interiora in morbis febrilibus sive con-  
tinuis , sive intermittentibus , & morbis exhan-  
tematicis , & quorum crises , ad cutem , &  
partes externas fieri debent , dyarrheæ multoties  
oriuntur , & dysenteriæ , quæ ab imperitis pur-  
gantibus tractatae seviores fiunt ; nam morbi

ma.

---

(3) Hypp. apb. 4. Sect. 4. & apb. 34.  
Sect. & apb. 39. Sect. vi.

(4) Tissot. de febr. bilios. pag. m. 24.

materies tota ad interiora fortur, siccatur cutis, urina parce procedit: horrenda oriuntur symptomata cum maximis ventris torturinibus, quibus facile succumbunt ægroti; cum omnipe nitendum esset, ut curetur ipsa febris, & ut materia per febrim nata ad cutem deriveatur. Sic miserrime huius sunt saepe numero homines, quod ejusmodi agyrtis, & medicastris, quorum inscitia tamen notissima est confidere malunt. Verum nec est, quod in hujusmodi farinx homunciones multum debacchemur, ut pote qui ne qmminari quidem a nobis, & a quibuscumque bonæ mentis merentur, illorum magis miramur, & dolemus mutatam sortem, qui cum pro sapientibus haberi velint, eo usque desipiunt, ut personis tam nefariis (quorum mentes cæno obductæ nil nisi sorditates cogitant) vitæ suæ curam committere non metuant, pñnam cum ejusdem dispendio saepissime dantes. Vides ergo Clarissime vir quantum discriminis afferant purgantia præser-

tim

tim hydragoga ; quantaque cautione , & pru-  
dentia ab omnisævi peritioribus medicis , ægro-  
torum periculo eductis exhibebantur , & quam  
arctis cancellis eorum usus limitabatur ; iis  
semper utendo in aliquibus morbis chronicis ,  
in quibus magna humorum sarcina & quidem  
exitui apta prædominabat . In acutis vero fe-  
brilibus eorum usum absolute damnabant : quid  
autem in ipsis acutis febribus præstant purgan-  
tia , eccoprotica , seu lenitiva dicta , non est  
hic dicendi locus . Sed favente Deo in alia  
epistola tibi demonstrabo . Vale ,

EPI.

## EPISTOLA TERTIA.


 Quæ haec tenus, Vir ornatissime, in  
 præcedentibus epistolis dicta sunt,  
 quamvis vera sint, attamen non eo  
 animo accipienda esse volumus, ac  
 si ex foro Medico purgantia omnia, draistica  
 pariter, ac minorativa dicta prorsus ableganda  
 existimemus. In arte enim, qualis medicinalis  
 est, quæ tenuiora bona lucro apponenda habet,  
 id præsidii genus, quod ab omni ævo princi-  
 pale habitum fuit, & Egemonicum despiciunt  
 habere ingrati essent animi, aut calumniosi cri-  
 men incurrere. Confessis ergo purgationum uti-  
 litatibus seculorum tot, ac medentium obser-  
 vationibus stabilitis, timeri juvat, unde fiat,  
 ut tam odibilia opera laudabile medicamentum  
 quotidie faciat; generosa siquidem inter reme-  
 dia præsentissimum, inter utilia necessarium  
 nobis habetur: ut cum omnium remediorum a-

solo

solo tempestivo usu dependeat ; stabilienda ergo sunt laudabiles purgandi leges , unde artis , & purgantium honos ; artis nempe medendi , quam proinde amplificare debet explorata feliciter purgantium usuratio .

Cum autem morbi acuti febriles inflammatorii , aut colliquativi , de quibus hic præcipue sermonem facimus ( inflammationes enim particulares propriis legibus subiectæ sunt ) ob magnum vitæ periculum , valida , & tempestiva exposcant remedia , inter quæ maxime numerantur vomitorium , & purgatio ideo ne in iis administrandis facile peccetur , consulendi sunt medicinæ parentes , qui longa experientia edocti rectos naturæ morbos sanantis tramites nobis ostenderunt , inter quos primo consulendus Hyppocrates , qui tanti fecit purgationis negotium , ut ad errores evitandos prævideat omnia , provideatque , suos eruditurus quousque secundum illis sit , ut evacuando proficiant , admonendo in primis , non ex humorum , qui

educuntur abundantia estimandam esse evacuationem, sed ex illorum qualitate, & agrotantis levamine (1) inquiens. „ Quæ prodeunt non scopia sunt estimanda, sed si prodeant qualia oportet, & facile feraat. Fecit tamen vulgi opinio, quæ & multorum animos invasit, ut humorum faburæ tribuerentur morborum causa; unde facta conjectura est in exhaustienda humorum abundantia, ponendam esse medicinam, contra id, quod observando didicit Hypocrites docendo, utilem esse evacuationem ; qua, non quanta prodeunt, sed quæ, & qualia oportet, id est ad ingenium, & naturam morbi accommodata ; ut enim nociva sunt spontaneæ evacuations, quæ diversum ab eo, qui morbum fecerat, educunt humorem ; sic quantumvis multa fuerit artefacta evaciatio, dannosa erit, si alios, quam morbosos profundat.

E

das

(1) Apb. 33. Sect. 1.

dat humores. Sic observavit Hippocrates (1).  
 „Quod dysenteriz, si quidem cum febre invafe-  
 „rint, aut variis alvi egestionibus, aut cum he-  
 „patis inflammatione, aut præcordii, aut ven-  
 „tris, aut quæ dolorosæ fuerint, aut cibos in-  
 „tercipiunt, sitemque inducunt; hæc omnes ma-  
 „la sunt, & rarsus (2). Quibus ardor fit, &  
 „ad egressas egestiones alvi, insuper exsudant,  
 „his febris exacerbatur; ex alvis liquidis perfri-  
 „geratio cum sudore mala; viscosa, meraca, aut  
 „alba alvi egestio mala est (3). Alvi egestiones  
 „pingues mala sunt (4). Item in acutis putri-  
 „dis, contagiosis, & malignis alvi fluxus valde  
 „malus ab omnibus practicis censetur: ut & in  
 „merbis acutis pectoris, uti pleuritide, peripneu-  
 „monia, alvi fluxus, & purgans nocet; num-  
 „quam enim bona a pectore ad alvum metaffa-

sis.

(1) Apb. 509.

(2) Apb. 589.

(3) Apb. 584.

(4) Apb. 588.

sis, nisi pectus doleat ob consensum. Ita si morbi acuti abierunt in corruptelam, seu colliquationem, non raro magnam copiam vitiosorum humorum reddunt per alvum, ex qua evacuatione ægri in pejus ruunt, & interdum post breve tempus percunt. Similes observationes habentur in chronicis. Sic phthysici in alvi fluxum incidentes cito pereunt; Hydropici, quibus in cruribus fit abscessus, fundens ingenrem puris copiam, quo major fit evacuatio, eo magis aggravantur. Ulcus cacoethes, quo majorem copiam virulenti ichoris fundit, qui eo laborant, eo difficilius ferunt morbum; oriuntur enim hæc: primo vel ex alimentis non subactis, vel secundo ex pituitæ cumulo, vel tertio ex bile corrupta profluente, vel denique quarto ex vasis dilatatis, vel ruptis humorem stillantibus. Quare observatio tolerantia tam in spontanea, quam artificiali evaciuatione admodum est necessaria. Confert enim per eductionem juvare non laedere, atque hoc

cognoscimus quam maxime ex facilī , vel difficulti tolerantia ; unde recte Vallesius ait (1) : „Oportet te esse diligentem observatorem notarum omnium conferentiaz , & tolerantiaz , atque contrarii , ut in hac evacuatione , ita in aliis omnibus , ne te evacuationem suadente , repente , ac velut inter manus homo moriatur deiciendo , sudando , aut aliter evacuatus ; qui infortunatus , & turpis error est . Præcipuum ergo criterium , quo cognoscitur harum evacuationum utilitas , ab effectibus illas sequentibus habebitur ; prosunt enim , si materiam morbosam expellunt de corpore , vel in totum , vel pro parte , unde vel abigitur integre morbus , vel levatur saltem : magna tamen spes est , per futuras evacuationes , sive per vomitum , sive per alvum fiant , quando nempe post coctionem , & statum , natura jam superante morbum , apparet ; quæ enim in morbi cruditate fiunt ,

sym-

(1) Metb. med. L. II. pag. 1109.

symptomaticæ potius ; quam criticæ evacuationes sunt, & fæpe magis nocent ; quam præsunt .

Unde Hippocrates cruditates horrens, & antiquorum ductus exemplo statuit : „Concocta purganda esse non cruda , neque in principiis morborum , nisi turgeant , plurima vero non turgent (1) & rursus (2) . In acutis passionibus raro , & in principiis medicinis purgantibus uti , atque hoc diligenti prius adhibita cautione faciendum „ in quibus aphorismis limitat Hippocrates regulam generaliem , quam tradiderat de purgantibus (3) . „ Quicumque , inquiens , a febribus fortibus corripiuntur , his medicamenta purgatoria dare non oportet , donec remiserit febris , „ sin minus saltem non intra quatuordecim

E 3 „ di-

(1) Apb. 22. Sect. I.

(2) Apb. 24. Sect. I.

(3) De purg. art. 4. v. I.

5, dies; Igitar ex supradictis aphorismis conclusa-  
ditur, primam, & generalem purgandi legem  
in acutis morbis esse, *concocta* purgari debere;  
Sequitur secunda, *non cruda*; unde vix ullo sub  
prætextu crudum humorem purgari conceditur:  
*neque in principiis*; tertia purgationis lex ge-  
neralis, qua incipientibus morbis vetatur pur-  
gatio *nisi turgeant*, quæ hujus tertiae legis est  
*exceptio*, concedens solummodo purgari in prin-  
cipiis humores, qui *concocti* fuerint, *si tur-  
geant*; quæ tamen turgentia, rarissime obser-  
vatur: *Plurima vero non turgent*; nihil ergo  
tam infrequens erit, quam purgatio in prin-  
cipiis morborum instituenda, quæ, suadente Hyp-  
pocrate: „diligenti prius adhibita cautione in  
„morbis acutis est facienda.

Ut autem melius intelligantur Hippocratis  
præcepta, explicandum ducimus, quid per co-  
ditionem sentiant Medici. Cocta quidem di-  
cuntur ingesta alimenta, quando vasorum, &  
viscerum efficacia in nostram naturam conver-

at sunt, ut ex ipsis restituā possint illa, quae  
vitæ, & sanitatis actionibus quotidie de cor-  
pore pereunt, ut sic æquilibrium conservetur;  
hoc aperte docuit Hypocrates, cum enunci-  
verit (1). Concoctionem fieri a permixtione  
& temperatura mutua humorum. A qua mu-  
tua temperie, & permixtione humorum, æqui-  
librium ipsorum statui necessarium erit; simi-  
liter explicat Galenus, cum dicit (2)., Con-  
coctio (*pepsis*) est in coquentis substantiam  
deductio quazdam ejus, quod concoquitur. Vo-  
rum per coctionem, quæ febris effectus est,  
intelligitur a Medicis, quando id, quod stimulo,  
vel coagulo febrim producit, per febrim  
ipsam sic mutatum est, ut minus noceat, &  
sunt evadat, ut de corpore expelli possit,  
quamvis numquam in naturam nostram verti  
queat, neque indolem sanis humoribus similem

(1) *De veteri med.*(2) *Comment. 2. in Epid. Hyp.*

acquirere. Dum v. g. in morbis peccoris inflammatoriis immobiles fluidi moleculæ ultimæ arteriarum finibus impactæ per febrim fluctuantur, ut una cum extremis obstructarum arteriolarum impetu liquidi a tergo urgentia separentur, & mutantur in pus album, lœve, æquale, quo per sputa educto, toties tales morbi feliciter curantur, dicitur tunc coctio materiae morbosæ facta esse, quamvis illud pus numquam sanis humoribus assimilari possit, sed debet expurgari, ut sanitas fiat. Coctionem in morbis hinc semper in excretis quæsivit Hippocrates; sic (1) notat in ægrotis illis, qui habitabant juxta ædes Menofadæ. In hisce statuto tempore apparuerunt fæces quantitate ingestis proportionales, molles, cohærentes, quas, ut monet Martianus, viscosas Hippocrates appellat, & subflavas simili quidem ratione flavedinis, quam observamus, cum ali-  
bus

---

(1) Lib. 4. epid.

fus narium mucus ; vigente statu cruditatis ; mutatur in subflavum tempore concoctionis , postmodum addit : (1) Morbi iudicationem esse fecuturam . Pariter , & ex urinis concoctionis argumentum desumebat Hyppocrates , cum enim urina in statu cruditatis fuerit tenuis , aut confusa cum ænoremate disparato , & divulso , postea incipiat elaborare albam subsidentiam lavem , & æqualem , & acquisierit colorem subrufum , cum nubecula subrubra pyramidalem quasi figuram ostendente , tunc , docente Hypocrate , concoctio humorum habebitur , aut exspectabitur : haec satis , superque indicantur (2) ab historiis Herophontis , Cleantidis , & Melidæ ; haec ostenduntur (3) in Cherione , Pericle , & Nicodemo . Confirmat hoc Galenus dicens (4) quod , coctionis que in spirandi ins-

tru-

(1) *Lib. I. de morb.*

(2) *Lib. I. epid.*

(3) *Lib. 3. epid.*

(4) *De cris. l. I. c. 7.*

frumentis fit, sputa, ejus vero, quæ in ventre fit, urinas, illius autem, quæ circa ventrem, alvi excrementa, signa statuere oportet.

Cocchio ergo supponit talē corporis conditionem, sub qua solidorum spasmi mitigantur, fibrae mollescunt, sero stillant undequaque partium parietes, viscerum atria perpluunt, humores omnes temperati, perfecte subacti, tritipenitus, plane comminuti, facile intra vasa fluentes, nullibi impingunt, illidunt nasquam, non arietant, & ad propria secretoria feliciter reducuntur; adeoque symptomata omnia diminuuntur, ac functiones vitales animales, & naturales pene in pristinum statum reducuntur; hoc modo se prodit felix, & desideratum mendacibus coctionis momentum, quo dato, quos antea timide tractabat humores, aperto nunc marte aggreditur Medicus, illos veluti suis ab oscillis pendentes, turgentem ergo ad excretionem, catharsi disturbare tutus: Hanc consequitur euphoria illa amabilis, qua agrotans a far-

sina

cina liber, a pondere levis, ab inutili vacuuſ non exutus utili videtur. Itaque rata, conſtantſque manet, nec omittenda unquam tradi- ta hæc a Medicorum Principe aurea artis re- gula (1)., Ventres subpurgare oportet in mor- „bis, cum purganda matuta fuerint, & ubi con- „ſidiffe videris. Signum habes, si neque anxii, „aut capite gravati fuerint, & cum calores ( fe- „bres) mitiflissimi fuerint. Adeoque a purgatione abſtinendum jubet in principiis morborum, quia tunc crudi ſuat humores; addit, niſi materia turgeat ea nimirum de cauſa quod concocta eſt quæ turget materia; cocta videlicet ad evacua- tionem: turget enim, quæ motibus natuſe tu- met, quæ ( ut in aliquibus exemplaribus ) fuopte impetu ad excretionem fertur, quæ iipſe dem urgetur inceunte morbo, quibus vigente sanitateurgebatur impulsibus, potentia, atque directionibus. Verum, quia his legibus ſubje-

ſta,

(1) *Epid. Lib. 2. art. 30. v. 12.*

ta , his tractata artibus materies coquitur ;  
 cocta est , quæ turget . Interea subjungit Hyp-  
 pocrates : „ Plurima non turgent , quia inchoan-  
 „ tibus morbis motuum , & oscillationum muta-  
 „ tiones non fieri , rarissimum est . Cum autem  
 a spasmodica diathesi oriri , aut saltem comi-  
 tari morbos probabilissimum sit , mutationis  
 aliquid oscillationibus , hinc accidere facillimè  
 concipitur , eo magis , quod in mutabili , ir-  
 ritabili , tenerrimoque subjecto nervis videlicet  
 spasmus enascatur . Unde rarum est , præsente  
 morbo acuto perseverare naturæ motus , & di-  
 rectiones , rarum proinde turgere materiem in  
 morborum principiis appositè concludit . Tem-  
 p̄s ergo , & circumstantias in genere persequi-  
 mur purgationis illius , qua morbum commit-  
 tens humor depellendus est : Illa autem sunt ,  
 quæ vetustior usus , aut longa observatio reve-  
 latit ; exinde cœtum est , tempora purgandi  
 non esse morborum initia , non illa scilicet ,  
 ubi tumultuantur humores , ardent viscera , in-  
 ter-

teranea uruntur, ubi os arescit, sitis urget, inflammantur urinæ, sicca est alvus, aut clysteribus surda, ubi serratis est pulsus, hypocondria dolent, tument, tenduntur, aut inflammantur. „Quicumque enim, inquit Hyppocrates (1) ea, quæ inflammata sunt, statim in principio morborum, medicamento solvere aggrediuntur, hi de intento quidem, & inflammato nihil auferunt; non enim remittit affectio, quæ adhuc cruda est, quæ vero resistunt morbo, ac sana sunt, colliquefaciunt. Debili vero fiente corpore, morbus invalescit, cum autem morbus corpori prævaluerit, tale jam incurabiliter affectum est. Purgatio ergo materialis crudæ in morbis acutis, & inflammatoriis curabilem, alias ægrotum incurabilem reddit; unde recte idem Hyppocrates, exclamat (2). „Turpis est calamitas medicamento purgante da-

to

(1) Lib. 4. de rat. vñct. in acut. test. 12.

(2) De med. purg.

„to hominem occidere. Propterea ( quod vix  
apud vulgus fidem inveniet ) a purgantibus fi-  
niuntur minus , quam exacerbantur vomendi  
molimina , quæ sanguinis evacuatio magis , quam  
humorum vacuatio sedat : Unde concludendum  
est ab hoc , aut illo succo venire impetus ,  
qui viscera illa lacestant ; proindeque istiusmo-  
di impetus non ex iis esse , qui purgationi ob-  
sequuntur ; & ratio in promptu est ; excreto-  
ria vasa sunt , quæ a purgatione vellicantur ,  
sanguiferis autem continentur , qui impetum-  
faciunt succi . Deest ergo illa vasorum rectitu-  
do purgationi necessaria , qua stimulatæ infe-  
riores vasorum extremitates succos eliminandos  
continentes a superioribus , a quibus descendunt ,  
consequuntur quadam succos proliant ; ideo-  
que calamitatibus auctarium erit , relieto suc-  
co , qui morbum alit , alterum exhaustire , qui  
sanitatem fovisset .

Caveant itaque Medici , ne turgere credant ,  
qui tumultuarie versus aliena loca moventur

humores, sciatque multos dari morbos, qui  
falsa turgentia signa praebent incantis; tales  
sunt, ut supra diximus, omnes inflammatorii  
viscerum affectus, quae etiam diffusa cum ven-  
triculo consentiunt, eumque perturbant. Mor-  
bi item cutanei exitum molientes, vel retro-  
pulsi, variola, morbilli, febres scarlatinæ, mi-  
liares &c., quæ tumultuantur adeo, tamque  
fæve debacchantur, ut doloribus, qui urgent  
partes, inflammationibus, quibus hæ tument,  
evacuationibus, quibus deturgent, orgasmum  
reperfentare, ignaris videntur. Similiter vomi-  
tientes intuendo arthriticos, imminentे illius  
mali pessimi procella humoris furentis, turgen-  
tis vulgo, imaginem conspicere est; hanc tunc  
materiam, si quis educere tentabit vomitoriiis,  
vel purgantibus, hominem saepe cito jugulabit;  
cum per sudorifera, diaphoretica, anodynæ,  
vel & calefacientia ad sua propria loca mor-  
bos humor est reducendus. Febres item con-  
tinuæ, & intermitentes saepe tragediam agonij

tes

fles circa viscera , nauseas , & vomitus producunt , quæ , cum non semper adsit turgens cæchochylia , ab imperitis purgantibus , vel vomitoris tractatæ in pejus ruunt . Inter tempora menta falsis orgasmi imaginibus obnoxia , melancholica numerantur , quo referendi splenitici , atrabilarii , hypocondriaci , scorbutici , studiosi , hysterica ; horum enim omnium morbi , ut protheiformes sunt , variis , quos produnt , insultibus umbras orgasmi pingunt . At umbras revera , ut enim in his hominibus teneræ sunt , crisparique faciles nervosæ partes , obvium fit , eur orientibus acutis morbis , in quibus spasmodica dyathesis semper adest , mille surgant viscerum concussus agitatorii , quorum impulsu humores urgent maxime , minime turgent . Cogitare igitur inconditam , & exlegem esse Cathartici operationem , quæ temere , & indiscriminata humores extrudat , hospitis , & peregrini est in animalis æconomia legibus . Irrita catharsis est , aut frustrans , quandiu sanguinis gremio con-  
 fusa

hunc volvuntur humores; cassa iterum est, quando  
di alienis a suis vasis coercentur. Plurima hic,  
præter allata, adduci possent falsi orgasmi exem-  
pla, in quibus piaculum est, purgantia, vel  
vomitoria exhibere, que tamen brevitatis cau-  
sa consueto omittimus, cum videri possint apud  
Auctores.

Hoc tamen prætermittere nolumus, quod si  
materia turgens est paucæ, non expurganda est,  
quamvis turgens juxta dictum Avicennæ (1).  
Materia plurima mobilis vacuanda est a prin-  
cipio; quasi dicat, si sit paucæ, quamvis mo-  
bilis, seu concitata, non est vacuanda; nam  
ut, ait Galenus, (2) Natura vincit morbos  
exiguos, & ihi morbi dumtaxat egent auxilio  
externo, quos ob magnitudinem vincere non  
potest, & ni major sit utilitas detimento, de-  
bemus illa pro viribus vitare. Confirmat hoc

F

Zac.

(1) P. 4. de cur. febr. Petr.

(2) P. de loc. aff. 2.

Zaccutus (1) inquietus. In morbis quietis solent concedenda medicamenta purgantia, quando humor turget, corpus est dispositum evacuationi, & major utilitas, quam noxa ex purgatione sequatur, quæ omnia tariffissime convenient. His commotus Celsus refert, Asclepiadem propter istas causas medicamentorum purgantium usum sustulisse. Reete ergo præcipiunt medicinæ Principes, quod in acutorum principiis diligentem adhibeamus examinationem, antequam medicamenta purgantia exhibeamus. Hic enim cautio, eit Hyppocrates (2) infinita magnitudo experientiæ, seu purgantia tentandi difficultas, impetus enim adeat, & ferocitas humorum, dum docti humorum reciprocatio. Id est sanguinis circulationis æquabilitas, unde felicitas purgationis pendet, quæque in morborum principiis tariffissime, in fine vero, peracta coctione, multoties

ob.

(1) *De med. princ. byst. I. 4. pag, 667.*(2) *De humor. art. I. v. I.*

obseruat: Verum hic ergo Boethavij moni-  
tum. „ Quid uno tempore prodest, in eodem  
tamen morbo, aliò tempore datum obest (1).

Nec silentio prætercundum hic est, quod li-  
cet momentaneum non sit, in morborum prin-  
cipiis orgasmi, adenque purgandi tempus, bre-  
ve tamen, & fugax erit, non multis diebus,  
sed unica saepe circumscriptum, quæ prima  
morbi erit, ad altius secunda, qua, cum ma-  
teria turget, iadugetat, imperante Hippo-  
crate, purgare convenit, tardare enim in tali-  
bus malum est; (2) unde elapsa semel orgasmi  
opportunitas irrevocabilis erit, quæ enim is-  
choante morbo cocta erat, id est expulsioni  
apta soden progreffo cruda fiet, dispersis, &  
alio refiliensibus succis, qui a suis vasis, &  
sedibus alienati, suisque defecti directionibus,  
ordinis suos, ac series deserunt. Recte ergo

F. 2.

G. 2.

(1) Apb. 844.

(2) Apb. 10. fest. 4.

Galenus (4) statuit, in acutis morbis inter iaria  
tia primo die, non ulterius secundo purgatione  
uti volumus, turgente materia, prius (1)  
videlicet, quam robur corporis dissolvatur, vel  
febris caliditas augeatur, aut ad aliquod mem-  
brum principale decumbant ii, qui per corpus  
wagantur humores.

Alter casus, in quo Hippocrates admittit a  
principio purgationem, est, si urinæ sunt ne-  
bulosæ, & crassæ (2) & Galenus (3) & Mar-  
tianus probant tales urinas esse turgentiae no-  
tas; sed rare, imo rarissime a morborum  
principiis urinæ sunt nebulosæ, & crassæ, eo  
modo, quo exponit Galenus; Rarissime ergo  
possunt dari purgantia in morborum principiis,  
in quibus ut plurimum tenues sunt urinæ, que-

cru-

(1) In comment.

(2) Lib. 4. apb. comm. 10.

(3) 4. de rat. vñct. inac. 42.

(4) Lib. 2. de morb. test. 44.

creditatem offendant ; adeoque purgationem ;  
 quem maxime prohibent , ut idem Hyppocra-  
 tes jubet , inquietus . Quibus vero urinæ in  
 principio sunt tenues , tales ne purgato , sed si  
 visum fuerit , clysterem adhibeto . Quotiescum-  
 que enim urinæ sunt tenues , signum est , nihil  
 materiaæ morbificæ per urinas excerni , vel quia  
 in parte aliqua conciliata est , & adeo tenaci-  
 ter fixa , ut nulla ejusdem portio inde segrega-  
 xi possit , quæ urinæ permixta eamdem crassiores  
 reddat , vel quia ejus coctioni intenta natura  
 eam adeo arde continet , ut nihil ab ea exci-  
 dere permittat . Quia igitur humoris noxii ni-  
 hil sponte excernitur , signum est evidens , cum  
 adeo rebellia esse , & pertinacem , ut purganti  
 pharmaco cedere nullo modo debeat . Cum ve-  
 ro ex tenuioribus paulatim crassiores sunt uri-  
 nae , tunc vel inchoatam coctionem denotant ,  
 & propterea nullo pacto purgare licet , ne con-  
 coctio incepta deturbetur , vel humorum colli-  
 quationem , aut malignam putrescentiam , vel

similem aliam morbosam causam significant, quae omnia purgationem pariter prohibent, quod tamen casus, ut excluderet Hippocrates, dixit: quibus in principio urinæ sunt tenes &c. Eo quod urinæ crassæ at præfatis causis ordinatae habentes in principio morbi apparere non solent, quo tempore, nec coctio ex precedenti vitalitate inchoari, nec colligatio aut maligna putredo vigere possunt. In aliis autem morbis, ut in aliis, in principiis itaque morborum potius in usum venire potest sanguinis missio; quamvis purgatio, hæc enim turgentem cæcochillam nullibi fixam, hoc est fluxitem, nobilem, quoque imperium ad excretionem percutere requiret. Vias item facilees, & expeditas, visceris ab omni inflammatiōne libera, non tensa, neque inflata esse, quia omnia rariissime in morborum principiis observantur. Contra vero sanguinis missio, cum sit præstantissimum remedium (1) optime plenius.

(1) Gal. de crat. viii. in acut. 10. cap. II.

Amen tollens, nullam requirens humorum cœsionem, nec ullam corporis aut viarum præparationem, sepe locum habere potest, non solum in acutis inflammatoriis, verum etiam in aliis febribus, quae patescens humor conciliatur soles, & quævis per sanguinis missionem humorera crudum educinaus, conductus tamen cum fædero punctionem, non ut solvatur morbi materies, ut multi falso existimant, sed ut nimius febris impetus temporetur.

Quod hoius principiū indicare voluerit Hippocrates, tam dixerit: (i) cum morbi anchorent, si quid impedit videtur move &c., confirmat Galenus in commentario inquietus: Circa principia iherum morborum, in quibus spectantur agraria convallitorum, tantandum majora efforce remedia, quæ quibus Hippocrates dixit, si quid movendum videtur, move &c. Sunt autem hæc maxime venæfictio, nonnumquam

28

vero, id est raro, & purgatio. Dato igitur, quod materia multa a principio sit vacuanda, non sequitur, quod ob hoc fieri debet purgatio medicamentis; nam commodius evacuabitur sanguinis missione, clysteribus, balneis, quin anno ipsamet incidia saltem ex accidenti exhaustus corpus, & ista maledictis optime sunt humorum multitudinem tollere; ubi aliquam obclusam non posset mitti sanguis, ut probat Galenus (1) nec est necesse, nisi, conoscta materia, ad purgationem devenire, quia ut iubet Hippocrates, quo maxime vergat materia, & per loca convenientia est evacuanda, (2) cuius doctrinæ insistens Galenus (3) inquit: Humorem exhibentem, & locum humoris infestatum in propagatione spectabimus; hec enim, ne quid evacuandum, & quothodo, & quaque pars evanescatur.

---

(1) Loc. citatis.

(2) Apud. 24. sect.

(3) De rat. vist. in. accip.

dum monstrabunt. Hinc facile concipi potest non medentis, sed natura consilij esse evacuationis opus, quod successum erit feliciter, si a natura ceptum, per vias excrenendas illis humoribus institutas, absolvatur: queque pulmonum modo, modo cutis, nunc alvi, nunc rerum &c.: emissaria erunt; unde debita media nunc bechica erunt, sive diaphoretica, modo diaretica, modo purgantia &c., quae adhiberi Medicus debet; morbi enim, inquit Hippocrates (5) ea parte, qua proximi sunt, educendi, & qua parte singularis exitus quam proximus est, extrahendi; quod certe in morborum principiis locum habere non potest, cum auctor sit Hippocrates advertit. (6) Incipientibus morbis impetu feruntur morbus, & aegroti Medicum a curationibus quiete convenerint, ne quid mali inducentur. Aliunde semper irrita

pur-

(1) De loc. in hom. art. 4. v. 12.

(2) De morb. III. art. 24.

purgatio erit: juxta ejusdem effatuos (2), Mc.,  
,, dicentum, donec corpus fluidum est (ceu  
quandiu vigeret febris) „int. propinato, non  
s, enim vacuantur, nisi parum, ut, post corporo-  
s, re turgescat; Turgescere enim corpus, uni-  
usque opulentum a succorum refluxum, stabi-  
bus, & stagnationibus, qui se secretiorum  
spastica dyathesi expressi, & alio derivati, con-  
guntur, in corpore producent, quod hominem  
arcet purgationem; eximisita enim, Mc. reli-  
nis, infuscata, alvina, secretoria, vel nulla ex-  
ternantur, vel inutilla, vel mala; Exemplum  
prodet Isterus, aut hepatitis, Sed his enim  
affectionibus phlegmatis, aut spastica ardorunt he-  
par, obstruimus; & locore nesciam, biloma  
respirat. Hinc in sanguinem sedem superficies, cui-  
que confusa, catharsis aut obsequitur; haec enim  
extirpat cholecdocham, quam non admisit tri-

124

lens,

---

---

(1) De locis in dom. art. 36v. (2)

lum, hæc de recusanti. Inde tecum infelix, auf  
pallie purgantibus suæ officiis habet his verbis, quæ  
diu bile sua frustrari voleat perseverare, ut & hoc  
ipsum rescribi, quod concessionis, tunc studiorum  
memoribus subobseruantur artis Magisteri iudicando  
concessione nec crudeliter inedicando, sed provocando  
peccatio principio, nisi impungent. Plurimæ vero  
go, non insigcent, et vigilanter. Non obligamus  
nosque purgationem exhortare frustari, Ar-  
tifici, non ipsi tradimus, laudabileri erit, si exhiberi  
cupit Medicorum hanc sibi futuram legem,  
nam, propter inobiquiam, inconstitutis, non horum  
ingenij, temporibus, & constitutionibus. Cal-  
cuse suæ non vagaberet medicandi ritus, non quæ  
poterit, prohibendo, tipis, non preoccupando, unde  
autem regat almoniveri, flossum redire, tandem  
amplius, solvant ex morbo, et hinc illa purgationis  
maxime capaces, aliœ incapaces maxime, ha-  
bita ratione constitutionum aeris, quibus gra-  
fiantibus purgationi parent, aut obsurdescunt.  
Id autem assequetur non speculando, non phy-

90

lophendo, non fermentando, sed meditante  
saturnam, corpus intuendo, scorborum observando,  
diligentique premoditatione inquirendo, num  
febrile fermentum primis viis ita hucreat, et  
cetera turbationem purganti medicinae possit ob-  
temperare; num contra universe humorum maf-  
fa, interiora permixtam ( quod in contusis;  
contagiosis, & praemalignis passim contingit )  
vehementibus etiam purgantibus oblitus; quo-  
minus revelli, atque emoveri patiatur; si mo-  
tore deterius agitetur, acutaturque . . . . .

¶ Nam sepe ( ut in finis epidemiarum probe ad-  
vertit Cagnatus ) agri, qua die medicamenta  
tum hiberint, eadem in media purgatione oca-  
siderunt. (1) Hoc observavit etiam Hippocra-  
tes, & advertere vobis; cum dixit: (2) Si  
viro denunciat medicamentorum, nunc morbo

---

(1) *De purg.* c. 34.

(2) *Uo refert Lanicus Epid. Z. I. c. 7.*

atque purgatur, post meridiem vero initium purgatur, & perit. Id autem evenit, inquit Martianus, quia calor intrinsecus auctus pharisaicum corruptit, & in humoris peccantis naturam convertit, in bitem scilicet, qua inde aduersa, supervenientis hora, in qua bilis natura instituta movetur; meridianum scilicet tempus purgatio fieri incipit, violenta tamen, tum ob copiam bilis peccantis, tum quia calorem vehementiorem a caliditate medicamenti, & a febrili calore contractit; unde a natura regulasi non potest, & sic purgatio usque ad zegrentis interitum consequatur.

Similiter & lancitus in febre contiana epidemica Romae graffante, testatur purgantia in his etiam sub initium plurimum obsuisse, & rationem reddit videlicet (1). Non potest quaque, quod boni, vel saltem utrumque inquinat

---

(1) Epid. b. I. c. 7.

Succi & visceribus, & sanguine magis cum virium jactura & carharticis elicuntur; semper stimulorum copia, in qua praeferim eocuridem agudositas viget mortiferas turbas in fluidis; & solidis acute febricitantium excitatura perlinquuntur. Quo magis admiramur sumam Hyppocratis sapientiam, qui filios artis admonuit, ne inter morborum acutorum initia alvum in consulto moyeant, sed clinicorum prudentiae, ne dicam. timiditati huius rei deliberationem commisit. Satis igitur fuit, aut nullus, aut placidissimum tantum lenitivum, scilicet ex dracmis aliquot pulpe panacindorum, & floribus fessis ante tertium diem exhibere. Interdum vero solis Chystibus ostendit purgationis inductionem secundus explesius est. Atque illi Ex his laniishi verbis apparet, quod etiam praesentibus purgandi inductionibus placidissimum quantumvis medicamen in castrensi illa febre propinare periculo non vacabat, quod patiter confirmat Traversarius de sua Epidemia

Digitized by Google

inquisim (1). Sepe enim utebar in delicatulis  
potissimum Matronis duabus manae uncia clau-  
rificata emulsione seminum melonis lege artis  
exceptis, & tam jucundum catharticum plus  
quam viginti copiosissimas sedes insigni nobis-  
tissimarum patientum incommodo provocabat:  
Nec non etiam aliquor robustos vires hac ca-  
strensi febre correptos observavi, qui a recen-  
tis pulpe cassiae uncia copiosissime, & crebris  
dejectionibus comitatis a terminibus intestina-  
libus, & tenesmo non sine notabili virium ja-  
ctura purgabantur. Copiosa siquidem evacuatio  
in febribus contagiosis, & malignis maxime  
est pertinens, ut probe advertit Ettmalle-  
rus dicens (2). Nil exitialius, & hominem fe-  
bre maligna correptum certius ad interitum &  
citiua trahi, quam quacunque in specie ingent,

(1) In epist. apologetica ad Lenis. scri-  
pta.

(2) De febr. malign.

& superflua purgatio. In hiis enim febribus materia morbosā subtilis est, & universae humors massæ permixta, adeoque per cutis spiracula potius, quam per alvum educi poterit.

Consideret præterea Medicus anni tempus. Notabilis enim differentia adest autumnales inter febres, & vernales dictas ob varios mores, symptomata; exitus, durationem, earumque curationem. Ver etenim, & illi proxima aestatis pars inflammatoriis morbis producendis multum favet; unde purgans, vel vomitorium in earum principiis datum saepe immedicablem hypercatharsim producit. Econtra Autumnus febres producit, quæ quamvis continuæ apparetant, ut plurimum ex intermittentium geminatis, & protractis paroxysmis constant; unde saepe defervente impetu in intermittentiam classem se recipere solent, & e contra: cumque in his febribus, quæ post fervidissimas aestates aliquando epidemice graffari solent, bilis exalta-  
ta, & incensæ cumulus saepe adsit, quæ in-  
ven-

ventriculo, vel vicinis locis flabulando, perpetuum nauseam, vel vomitum producere solet, tunc vomitorium, vel purgans datum, expellendo siccum illud biliatum, ut advertit Sydenamus (1) non modo symptomata illa curat, sed periculosas etiam dyarrhaes in fine morbi, & fractis tunc agri viribus certissime praecavet. Difficultas autem in eo consistit, ut bene distinguiatur an causa inflammatoria adsit, vel ne: Anni tempus, epidemica constitutio cognita, morbi symptomata, & fidelis nocentium, & juvantium observatio lucem dare poterunt, quae tamen summam animi attentionem in Medico requirunt, cum ipse Sydenamus adeo occulatus in his rebus magni Hippocratis exemplum sequutus se deceptum fuisset ingenue fateatur. (2) La Nobili enim feminis

G

fam.

(1) Sect. 2. c. 2. pag. 148.

(2) Ibidem.

sanguineæ temperici, & in ipso æstatis flore  
widebat una cum febre ardente importunum  
vomitum, præmissa venæ sectione, vomitorium  
dari jussit, verum sequenti die alvum ægræ  
profluere cum intellexisset, statim cognovit no-  
cuisse vomitorium, quod ubi a biliosis humo-  
ribus nausea fit, dyarrhœam futuram præcavet,  
& præsentem tollit. Mutata incassum medendi  
methodus periit ægra circa decimumquartum  
morbi diem. Hoc infelici eventu perculsus  
examinavit accurate omnia, quæ in decursu  
hujus morbi observaverat, & conclusit, inflam-  
matorium hunc morbum fuisse: Summus enim  
ardor etiam post venæ sectionem repetitam re-  
manserat, sanguis emissus pleuriticorum sanguini  
similis erat, tussis aliqua, & obscuri quidam  
in partibus vitalibus dolores adfuerant; tem-  
pestas anni illa erat, quæ finem veris, & ini-  
tium æstatis complectitur, & pleuritides epi-  
demice grassabantur; unde postea sanguinis mi-  
sionibus, dilueatibus, & resolventibus hunc

morb.

morbum in quamplurimis felicissime curavit.

Simile quid mihi contigisse memini, sed ob medicamenti lenitatem cum effectu plane diverso: Juvenis sanguineæ temperiei, mihi sanguine conjunctus 4. Martij 1764. in febre incidunt continuam cum obtuso capitis dolore, oris amaritudine, & levissimis circa viscera doloribus. Vomitorium præscribere animus erat, sed memor Hyppocratis aphorismi Xvij libri 4., & illius Boerhaavij inst. aph. 1202. ~~veneratur vomitorium a febre concorrente, vel causa,~~ nec ullam observans remissionem die 2. morbi; tartari cremorem ( quo aliquoties in sanitate uti solebat ) ad dracmas sex in totidem seris libris solutum, tota die bibendum præscripti: vix hauserat tertiam hujus solutionis partem, cum ad illum iterum invisendum redij, & bona fide testor obstupuisse, cum invenerim illum obscure delirantem, pulsuque celeri, & tactum refugiente; aucti mali causam quærens, inveni ægrum quinque liquidissimas, & copio-

siffimas sedes passum fuisse, quæ illata adeo  
debilitaverant, ut duabus ultimis vicibus in  
lecto dejecisse coactus fuerit. Statim cognovi  
nocuisse levissimum quamvis purgans, etenim  
non ultra dracmas duas tartari in sero solutas  
sumperat, methodum mutavi, & coctioni se-  
lummudo animum applicui, febrem in justo  
moderamine continendo, & decimoquarto die  
a febre, summo favente Numinis, critico su-  
dore fuit liberatus.

Relatus successus me docuit non facile in  
continuis febribus purgantia exhibenda, & ti-  
midè satis cum segris meis in posterum agens  
Epidemicam illam febrem, cuius præmemorata  
erat principium, feliciter in alijs curavi.

Ex dictis evidenter patet purgantia etiam  
lenitiva in febrium continuarum principio non  
sine magno Ægrotantium discrimine exhiberi:  
In incremento vero, & statu earundem; quos  
producant effectus, non est hic dicendi locus,  
sed si otium dabitur, in posterum tibi demon-  
stra-

Strabo: nam & mihi veritatis studio, hęc ipsa  
diligenter excutere jucundum est: Vale feli-  
citer, Vir optime, & amorem absenti con-  
serva.

## EPISTOLA QUARTA.

 *Qui non obstantibus superius allegatis concludunt in morborum acutorum principiis in materia multa non turgente licitum esse saltem leniente pharmaco ad materiam minuendam purgare, excusationem aliquam habere videntur, cum hoc Rhasis consuluerit, ac etiam Averrhoes, materia scilicet, subtili existente, & absentibus signis inflammationis. Nam si ante concoctionem purgandum est, proculdubio a principio hoc fieri debet, cum morbus tunc sit minor, vires validæ, & natura nondum in coctionibus applicata. Propterea Hyppocrates (1) inquit circa initia, & fines omnia imbecilliora, cum vero consistunt fortiora, & Galenus in commentario statuit:,, Quod Hyppocrates re-*

cen-

---

(1) Apb. 30. Sect. 3.

„censem, est exequendum vel statim ab initio,  
„prosquam in partem aliquam firmati sint hu-  
„mores medicandum, vel postea cum cocti fue-  
„rint, rationem reddit Ipse Galenus, quia, nem-  
„pe si minuatur materia in morborum salubrium  
„initio, natura redditur potentior supra residuum,  
„nec impedirentur coctiones, & crises; sed qui  
„passim in morborum augumento, vel etiam sta-  
„tu purgare audent, omnino a ratione, & me-  
„dorum placitis deviare videntur. Nam ex-  
„presse hoc veruit Hippocrates inquiens (1).  
„Cum morbi incheant, si quid movendum vi-  
„detur, move, cum vero consistunt, ac vigent  
„melius est quietem habere: replicat idem in  
„aliis Aphorismis. (2) Et confirmat Galenus in  
„commentariis, & cum ex expositores omnes,  
„qui sub vigore etiam augmentum includi pra-

(1) Aph. 29. sect. 2.

(2) Aph. 22. & aph. 24. f. 1. & lib. 1.  
de rur. vis. inq. 44.

dicant : & quod hoc sit verum , patet ex rationibus , quibus Galenus , & omnes alii magnæ famæ Medici moventur , & primo nempe , quia purgationes coctioni humorum adversantur , unde Galenus (1) inquit .,, Purgationes coctioni humorum contrariae sunt , quod concoctio quiete indigeat ; purgantia autem medicamenta corpus vehementer moventia frangunt . Tali siquidem virtute praedita sunt omnia , quæ purgant medicamenta . Hæc est ergo causa , cur purgationes coctionibus aduersentur . Hæc ratio tam militat in augumento , quam in statu , quia utroque tempore natura est in coctionibus applicata . Ideo Hyppocrates inquit : (2) „ Si ventrem moveris , urina non maturabitur .

Secunda ratio est , ne impedianter sudores , & crises evenire non permittantur juxta illud

Hyp-

(1) L. 4. de rat. vitt. in acut. comm. 39.

(2) Hyp. & Gal. rest. 44.

Hippocratis (1). „ Cutis densitas, alvi laxitas; „ & contra; hæc ratio quamvis militet magis in vigore, cum eo tempore instant crises, nihil minus, & in augmentatione ex evacuatione impeditiuntur sudores, & producitur vigor, & prohibetur judicium, quod natura distrahatur ab opere. (2) Febrisque circa tum sudorem, tum iudicationem in longum protrahetur tempus. Observaverat enim Hippocrates continuas febres sudore terminari, cum dixerit (3). Hic sequendum septima die exsudarie, & febris ipsum dominatur bona est. Ex quibus colligitur, ait Pompeius Saceus (4)., Curationem febris numquam remittentis fieri per sudorem, & a frequenti experientia Hippocratem hoc percipisse credendum est; De meo etiam observatus febris

---

(1) Ep. 6.

(2) De res. with ois. m.

(3) In codem lib. resp. 2.

(4) In app. de febr. &c. 20.

continentes saepissime per sudores definere. Et  
Derelicto ergo purgante medicamento, Clystere  
solo utendum ad alvum aperiendam, monet  
Hippocrates, & omni tertio die potest reite-  
rari. Similiter Sydenamus se observasse fate-  
tur (1) quod in febre acuta continua, qua be-  
ne tractata circa decimum quartum diem bla-  
go sudore solebat finiri; si cathartica, vel elysia  
quata intempestivo usu adhibita forent, fallax  
quidem levamen perciperent Egri, immo,  
quandoque integra apyrexia frui viderentur, ini-  
terior tamen non evacuata triste portatricum  
illum sudorem materia febrili, post unum, ali-  
terumque dicas nova febris accendebat, qua  
idem quatuordecim dicas. Stadium percurrebat  
denuo, & statim cerasa sequiebat, et prius.  
Demonstratum enim est a celeberrimo de Gor-  
tier (2) portionem esse in liquore exhalante,

que

(1) Sect. 1. s. cap. pag. 73.

(2) De perf. Cap. 1. s. cap. 1. 2. 3. 4.

que per cuticula solam evacuari potest, cuius evacuatio summopere levat, & reficit vires, cuius retentio multos infert morbos utpote perdia excretaria, qui educi nequit.

Predictis rationibus multas alias addunt superlandati austores, quod nempe eadem purgativa augent febris, nec materia obedit phascuacu; unde sequitur agitatio, & commotio in humoribus, & sic augebitur putredo. Ast uim pugatorius, sit Valdschmidt (1) est actus febris ipsa febris quandoque deterior, que rationes magis militant in augmentatione, in quo augeo cruda est materia, quam in statu.

Praterea facile concipitur, dum per purgativa ad alium illiciuntur humoros excessus alias criticas naturae motus perturbari, nam, ut adverat Galenus (2) si ad superiora humoris inclinaverint, purgativa remedijs officia impedi-

---

(1) Disp. 6. §. 28.

(2) Lib. gen., C. quando purgare C. a.

Direntur: Potest insuper natura (1) ad uinam  
vergere, potio, qua subducere alvum debuerat,  
nihil efficere. Probe ergo calleat Medicus cri-  
sis futurae, vel imminentis signa, ne salutares  
naturae motus impeditat curando, vel perturbet;  
nam istuc est sapere non quod ante pedes mo-  
do est videre, sed etiam illa, qua futura sunt  
prospicere. (2) Quis, quo, occultis morbo-  
rum causis per signa haud quaquam cognitis,  
naturaque morbo adversantis, statu, ac humo-  
rum motibus ignoratis, agnotis opportuna pre-  
sidia exhibere poterit?

Hinc sit, ut Medici hujus artis ignari, ejus-  
dem naturae signum humorumque motus in agro-  
sis minus accurate observantes, sapienti ipsi in-  
sempitivo, & inopportuno medicamentorum usu,  
aut impediendo, aut intercipiendo utiles meca-  
nia progreffio exitium inferunt. Summo agitur

jure

(1) L. cod.

(2) Tunc. in apothec. p. 3. sc. 3. 1

jure (1) Galenus damnavit illos Medicos, qui non credebat, se ex arte procedere, nisi clyisma injicerent, venam secarent, cucurbitulas applicarent &c. Dixitque tales toties peccare, quoties et grum accederent, atque tot erroribus commissis impossibile omnino esse, ut naturae metus statim periodis contingenter. Admodum tamen verosimile videbitur, illos Medicos, qui semper actuosi turbabant omnia, imperitia pecafero, non vero data opera omnia haec perpetrasse, ut ordinatos illos naturae motus in morbis everterent. Verum sequentibus saeculis sc. tales inventi fuerunt, qui de industria se hoc facere gloriabantur. Sic Helmantius (2)., Ro- „nus Medicus, ait, negligere crises debet, quia „anticipare. Nam natura crism non facit, nisi „dum sola totum onus bajulat statim diebus. Ve- „rus ergo Medicus ante crism mordunt super-

(1) Wansee. in Boerb. apb. 787.

(2) De scelere. & Iug. 770. & 19.

re debet, adeoque nec cr̄sim expectat, nec  
optat: Jactabat enim, se posse nascentes mor-  
bos in ipsis suis incunabulis quasi suffocare,  
antequam adolescerent, & Medici nomine in-  
dignos esse, qui hoc efficere non possent. Ve-  
rum tot, & tanta promittere facillimum est,  
exequi autem difficillimum, & superest semper  
talia jactantibus subterfugium, dum arcana sua  
crepant, quæ scilicet ob hominum malitiam,  
& ingratitudinem evulgare nefas est, & quibus  
solis tamen hæc in arte miracula perfici pos-  
sunt; donec tamen similes jaētatores ostendant  
rerum experimentis, se hæc efficere posse, quæ  
plenis buccis effutiunt, merito contemnentur  
ab omnibus (2).

Non ergo in praxi audiendi sunt, qui criti-  
eos naturæ motus critice nimis censurant, quia  
quod sagaciter improperare apakestritæ nituntur,  
periti omnes in praxeos palæstra sèpius com-

pro-

---

(2) *Wansw.* *comm.* in *apb. Boerb.* 587.

probatum intuentur. Equis erit ille Medicus,  
qui sibimet Galeni vices non optaret, dum  
magnus hicce vir ex imminentis criticae parvam  
haemorrhagiæ præscientia jussam in Romano Ju-  
venc ab aliis Medicis venæ sectionem averte-  
ret, & felici prædictionis suæ successu immel-  
diatam ægro sanitatis recuperationem, famam  
que sibi gloriofissimam compararet? Pariter &  
Eudemus olim Romanus, & Senator, & Phy-  
losophus prædictionem a Galeno sibi arte Hyp-  
pocratica proditam maxime est admiratus, ita-  
ut postea sicuti Galenus prædixerat sanatus,  
senicis alta voce clamando dixerit: Pythium  
Apollinem vaticinari ægrotantibus voluisse per  
Galen. Crisum ex pulsu prædictiones quam  
magnum Solano attulerint honorem, & ægrotan-  
tibus emolumentum, omnibus notum est.  
Ex quibus sane constat, hanc medicinæ partem  
græcis prognosin dictam cæteris nobilitate,  
& præstantia esse anteponendam, medicisque  
splendorum multum, & ornamentum afferre,

& ad medicinam faciendam esse scitu necessariam. Propterea futurorum crisiū signa in suis operibus passim colligit Hippocrates; excretionum autem, inquit (1) sua signa prodroma sunt. Ex faciei rubore, capitis dolore vehementi, venarum pulsū, hemorrhagia plerumque expectanda. Ex stomachi fastidiis, oris ventriculi morsu, crebra sputatione, vomitionem adfuturam judicabis. Si ructus adfint, flatus, ventris sonitus cum inflatione, iis alius exturbatur. Rursus (2) morbi, qui statim turbulentī sunt, insomnes, sanguinem de naribus stillantes sexto die levantur, noctu laborent, postridie sudant, in somnum feruntur, delirantque, abunde sanguinem profundunt: Pariter (3) in ardentibus autem febribus, certisque febribus, quibus colli dolor, temporum

gra-

(1) Coac. 142.

(2) Porrbet. l. 1. Test. 132.

(3) Ep. l. 1. com. 2. pag. 348;

gravitas, caligo oculorum; vel hypochondrij etiam contentio, neque cum dolore corrigit, his e naribus sanguis erumpit. Qui vero (1) totius capitis gravitates, & oris ventriculi mortus, ac stomachum anxium habent, isti biliosa, & pituitosa evomunt. Similiter narium haemorragiam ex pulsu dicroto, dyarrhaem ex intermittente, sudorem ex inciduo pulsu praedixit Solanus. Quapropter Ballonius exactus naturae observator (2) quascumque appropinquante, vel praesente die critico evacuationes strictissime prohibet: post leve enim purgans sexto acutae febris die exhibitum violentas, periculosaque hypercatharses saepe se vidisse testatur. (3) Imo si imbecilla natura fuerit, eodem die, quo vel medicamentum datum, vel vena secta moriuntur, quod calamitatis, & infamiae est plenissimum.

H

Ju.

(1) *Progn.* 2. pag. 45. sub finem.(2) I. *Lib. epid.*(3) *Conf.* 84. I. p.

Juvat hic referre casum a Jacobo (1) Ni-  
hell memoriae traditum , ait enim,, Eger qui-  
dam febre acuta laborans , eodem , quo leve  
purgans sumpserat , die , hypercatharsi moritur  
„Ille , qui præscripserat , producit formulam , &  
„pro sua justificatione medicamenti lenitatem  
„adlegat , quod adeo blandum videbatur medi-  
„cis , quos ea occasione convenerat , ut ipsum ab  
„omni mortis imputatione prorsus liberum de-  
„clararent . Doctor Radcliffe (vir religiosa qua-  
dam , & stupende felici criticorum naturæ ope-  
rum observatione clarissimus ) cuius ea de re  
judicium quærebatur , post naturæ , sympatho-  
matumque febrilium examen , cathartici revera  
lenitatem agnoscit , sed proprio emphatico-  
stylo pronunciat fuisse intempestivum , impedi-  
tam inde crisin , adeoque occisum ægrum .  
Hanc Medici , ( qui admirabili in cognoscen-  
dis morbis sagacitate , & incomparabili praxis  
sua

---

(1) *Obf. de puls. c. 4.*

suæ successu novum dignitatis, auctoritatisque gradum medicinæ addidit ) sententiam apud violentissimos etiam crismum hostes alicujus magis menti estimandam fore merito sperari potest.

Non ineptè ergo monet Clarissimus Kursnerus (1) quod ipfa purgantia etiam justa dosi in continuis febribus, præscripta pristini moris interdum non obliviscuntur, sed usi domestici instar, si nimis ipsi fidimus, ex improviso hominem devorant, ita ut numquam ullus Medicus vadet, quod exhibitum purgans prætensum scopum feriat, sedare possit, & observationem refert Celeberrimi Valdschmidt, nempe Medicum quemdam aliquot scrupulos cremaris tartari febricitanti cuidam exhibuisse, hunc autem pulverem ægrum ita infamem fecisse, ut intra triduum supremum vitæ spiritum effundere coactus fuerit.

Patet itaque in febrium continuarum aug-

H 2

men-

(1) *De purg. prescript. §. 33.*

mento, & vigore, nox iam semper esse purgationem, & hoc quidem confirmante experientia, qua multorum cippis inscribenda erunt verba Hippocratis quinto epidemicorum paſſim obvia: *Mortuus est, qui purgatus fuit.*

Omnia, quæ hactenus dicta sunt, confirmat fidissimus naturæ Interpres Georgius Baglivi, simulque quid facere debeat Medicus docet (1). „Non ideo, inquiens, in principiis acutiorum a purgantibus, & diaphoreticis abstine, intermittentibus quoque a purgantibus in principio me tempero. Non ideo in progressu curationis febrium post posita tanta remediorum pompa, totus sum in observando, an excitata febrilis fermentatio nimium torpeat, & in coagulationes disponatur, vel nimium exardescat, & in dissolutiones viam sternat, quibus de causis contractio, & despumatio materiae peccantis impediuntur; et si nimium torpeat, eam excito per spie.

---

(1) Lib. 2. prax. med. Cap. X. §. 6.

„spirituosa, & volatilia, si contra nimium ex-  
 „tuet, per fixantia, & humectantia coerco; &  
 „tamdiu hæc omnia facio, donec jam certior  
 „factus sim, sanguinem febrentem tanto motu  
 „præditum esse, quantus requiritur ad despuma-  
 „tiones, præcipitationesque materiæ morbosæ suo  
 „tempore peragendas per vias naturæ accomo-  
 „datas, Sudorem, nempe, urinam, secessum.  
 „Non ideo, inquam, hæc, & similia in aliis  
 „quoque morbis facio, quia ratio, & ex hypo-  
 „thesi deductæ speculations mihi hoc dictave-  
 „rint, sed quoniam frequens tum mea, tum cev-  
 „leberrimorum obseruatorum experientia me de-  
 „vicit, acutos morbos ab adhibitis in principio  
 „purgantibus in pejus ruere, febres intermitten-  
 „tes statim fieri continuas, & si purgantia re-  
 „petantur, diuturnas, & lethales. Siquidem na-  
 „tura duci numquam vidimus crises in princi-  
 „pio acutorum salutares fuisse. Quæ enim judi-  
 „cant, ne statim appareant, inquit Hyppocrates  
 „in Coacis. Postremo febrium curationem cer-  
 „tius

„tius non absolvī, quam continendo sanguinem  
 „intra eos limites, ut neque hinc plus æquō  
 „gliscat, neque illinc nimium torpeat; quibus  
 „de causis coctio, & despumatio morbosæ ma-  
 „teriæ impediuntur. Hisce, inquam, experien-  
 „tiæ momentis instructus ad tales indicationes  
 „in præfatis morbis hauriendas me compuli. „

Ex allata Baglivj doctrina ducitur non modo in continuis acutis, verum etiam in intermittentibus febribus non esse purgandum, nisi præsentibus coctionis signis. Egregia, inquit Werlhof (1) & magni in praxi usus, si recte applicetur doctrina, quæ studiosæ juven-  
 tuti instillata non potest, non in utilitatem multorum ægrorum concedere meliorem, quam laudationes, vel criminationes morborum, medalarumve indistinctæ. Sane purgatio omnis præsertim in febribus sine signis repletionis a materia, quæ expurgari possit, vel cocta, vel tur.

(1) Obs. de febr. §. 7. lit. Z.

turgente, & ad primas excretionis vias prona<sup>1</sup>, seu exitum frustra moliente, semper artis regulis adversa fuit, & observavit idem auctor (i), quod plerunque sine expectata, aut praetita coctione, & non bene judicatis organi, & vergentis naturæ judicationibus, haud adeo generatim, ut vulgus arbitratur, febrium intermittentium principio obviis, medicamentum aliquod purgans adsumptum fuit, quod solum sine ullo fere indicio prævio, aliquos primo, vel secundo paroxysmo sequente, sopori dandos reliquit. Utilissima sane observatio, quæ multorum medicorum errores maxime perstringit, qui ad cujuscumque soporis, vel comatis febrilis apparitionem omnis generis evacuania statim præscribunt, quæ tantum abest, ut soporem arceant, ut potius illum, cum non adsit, accersant. Vires enim vitales tunc adeo debilitantur, ut nequeant postea materiam mor-

---

(i) *Idem loc. cit.*

bi subigere, movere, secernere; nec excernere, unde postea plurima, & saepè immedicabilia mala nascuntur: unde recte Sydenhamus (1) in febre epidemica comatosa post unicam venæ sectionem clysmata injici curavit, simulque vi-  
Etum, & medicamenta refrigerantia dedit, ut nimium impetum febrilem temperaret, & materiam morbosam, quæ in hac febre tam promi-  
pte caput petebat, inde diverteret, sicque mor-  
bum quasi naturaliter, & sponte sua cessisse dicit, quantumlibet etiam faviret, si diversa ab hac methodo quis illum aggrederetur, cum saepè, ut ait magnus Boerhauius: „ coma diu „pertinax irrito tentatis omnibus, sponte tan- „dem cessat, pepasco febris absoluto „ (2).

Recte idcirco querit Hippocrates. (3) An sopor ubivis malum? & alibi (4). Animad-

Re.

(1) *Sebt. 5. c. 2. pag. 278.*

(2) *Aph. 705.*

(3) *Coac. prænot. 178.*

(4) *Perrbet. I. I. §. 63.*

vertendum est diligenter, num profundus, & altus somnus ubivis damnari debeat? Sed quæstionem solvent observationes. Sic idem Hypocrates somnum inter cryses cæphalalgiaæ febris recenset, & alibi (1) delirium per somnum sedari dixit: Cum enim ex metaстasi ad cerebrum minime ortum ducit somnus, nec præterea laborem facit, tunc facilem, & pacatum semper sanguinis circulum circa vitalia, calorem ubique æqualem, respirationem liberam, anxietatisque privationem denotat. Cum ergo per somnum sic componitur tumultus, facilius, & felicius succedent coctiones, & criticæ evacuationes. Tales fuerunt omnes, quos observare mihi contigit in constitutione epidemica continuarum anni 1764. & sequentium: hi enim sexto, vel septimo febris acutæ die in somnum profundum incidebant, facile tandem respirabant, & continebantur in hoc stan-

tu

(1) Ibid.

usque ad decimum tertium, in quo plerumque augebatur respiratio, & anxietas apparebat, sed brevi post succedebant copiosi sudores, quos excipiebant dejectiones faciem mollium subflavum coloris, & decimoquarto die sui compotes, & a febre omnino immunes deprehendebantur. Sanguinis missio multoties in principio, raro repetita, diluentia leniter subacida, clysmata mollia usque ad decimam morbi diem omnem adimplebant paginam.

Coma ergo in continuis febribus coctione, intermittentibus vero præsertim malignis, cum metastasis immaneat cerebro, cortice tuto abigetur. (1)

Improvidam etiam remedium omnium evacuantium exhibitionem in febribus intermittentibus damnosam esse suis observatis confirmavit Sydenamus. (2) Ipsas enim tertiales febribus

ex

---

(1) *Vid. Werloff. de febr.*

(2) *Sydn. sibi. I. cap. 7. pag. 100.*

ex sua indole adeo salutares, & faciles curatu-  
moras traxisse vidit usque ad illud tempus  
quo autunnales febres invadere solent, & lon-  
gioribus, & duplicatis paroxismis, ægrorū peni-  
tus debilitassē ex hac causa obseruavit; imo &  
in maniam incidiisse ægrorū, que pari passu re-  
cessit, quo ægrorum vires restituebantur (1) in  
provestioris ætatis hominibus læthalem tonsili-  
larum inflammationem, (2) hydropem, (3) &  
quandoque diabetem ortam fuisse monet. In  
primis hoc semper obseruavit, febrim post ni-  
mum evacuantium usum altiores radices egisse.

Quamvis autem in febribus intermittentibus,  
si magna in primis vijs adsit colluvies ( suis  
signis probe cognoscenda ) pargans, vomito-  
riumque sæpe proicit; attamen pessimū semper  
habuit successum frequens horum remediorum

ufus,

(1) Ibid. pag. 122.

(2) Ibid. pag. 220.

(3) Ep. ref. I. pag. 387.

Mus, post unum enim, alterumve purgans ;  
 vel vomitorium sublata omnino erit colluvies  
 illa, vel saltem plurimum imminuta, & per-  
 git tamen febris, licet nullæ adsint in primis  
 vijs fordes, unde a purgante abstinere tunc  
 Medicus debet, aliter nocet (1) cum debilitat,  
 liquidissima elicit digestiones, hic in primis  
 necessarias, turbat, siveque diuturnitatem morbi,  
 vel & mortem producit.

Concedenda ergo solum purgatio erit in acu-  
 tis febribus tam continuis, quam intermitten-  
 tibus, vel in principio, si materia turget,  
 vel in fine, quando perfecta appareat coëstio,  
 statusque vehementia mitescente, nulla succe-  
 dit evacuatio juxta illud Avicennæ. (2) Et si  
 ipsa non movet, moye tu, & si ipsa movet,  
 aut movit tunc dimitte eam, & operationem  
 ejus,

(1) Boerb. apb. 761.

(2) L. 4. sen. 1. tract. 2. c. 7.

ejus, quos enim, inquit Fernelius, (1) sponte natura perfranat, fructu medicina fatigat; autem natura deficit, aut longius protrahitur morbus, aut vehementius extendit, opitulandum arte, juxta Hyppocratis præceptum. (2) Quæ judicantur, & judicata sunt perfecte neque movere oportet, neque innovare, sed finere; & Galeni dicentis. (3) Verum quoties natura evacuationem absolvit, nulla insuper est opus medicina, cum autem ipsa mediocriter, & segniter peragit, quod deest, Medicus supplere convenit; tunc (4) enim, & naturam evacuationi adjutricem habebimus; & revera cadente febre, sedatoque morbi tumultu vasa detumescent, ad suas oscillationes solida, suas ad directiones fluida redeunt, resumunt ordines;

ex-

(1) L. 3. meth. med. c. 12.

(2) Aph. 20. sect. I.

(3) Lib. quos purg. op.

(4) Ibid.

secretoriā subent, velutique solutis vāsorūm  
catarractis, succorum irruptit iſtuvies partes  
mersura: tunc opportuna venit pārgatio; quæ,  
vasa stimulando, succorum determinationes ad-  
juvat, corrivantesque humores allestāt, evocat,  
exterminat; sicutque providetur, nē post morbos  
relieta, recidivas pariant. Signa mobilis tunc  
materiæ tradidit Hyppocrates. (1),, Si venter,  
,,inquiens obmurmuraverit, fuerintque excremen-  
,,ta biliosa, mediocriter super purgato, &c. Si  
neque (2) anxij, aut capite gravati fuerint,  
& cum calores mitissimi fuerint, aut cum post  
exacerbationes cesserit; generalem tamen pur-  
gandi legem alibi tradidit Hyppocrates cum  
ait. (3),, Si febris non tenuerit, os vero ama-  
,rum quis habuerit, & corpus gravetur, & ci-  
abum aversetur, pharmacum dandum est. Nec

mi-

(1) L. 4. de morb. text. 64.

(2) Lib. V. popul. test. 25. p. m. 787.

(3) L. de aff. test. 14. p. m. 169.

mirum: dicta enim significant biliosos, & pituitosos humores non tam qualitate, quam quidem quantitate peccare: biliosos esse ex oris amaritudine patet: pituitosos, quos existere facile concluditur, quia corpus gravatur, & cibum aversatur; qualitate vero ita non peccare, ultiro patet, quia non febricitantur: & rursus. (1) „Non febricitantibus si fiat tormen, & genuum gravitas, & lumborum dolor, deorsum purgante opus esse indicat, & alibi. (2) Non febricitanti cibi fastidium, oris ventriculi morsus, & tenebricosa vertigo, & os amarescens sursum purgante opus esse indicat. In predictis aphorismis summo judicio Hippocrates tot collegit phenomena, quæ collectam cacochyliam circa ventriculum, & intestina clare monstrant, quibus instructus Medicus purgans, vomitoriumve propinare sciat. Nam si loco ca-

co-

(1) Lib. 4. aph. 20.

(2) L. 4. aph. 17.

~~cochylia~~ hæreret in lateribus ventriculi inflam-matio , aut erysipelas , aut ulcus , vel si circa ventriculum , aut intestina orientur affectiones symptomaticæ à febre per totum corpus , quæ aliqua ex his signis producere valent , vomitorium , vel purgans datum , crabrones irritaret . (1) Ergo recte Celeberrimus Glass. materiam turgentem sic definivit : „ aliquod mole-stum , circa prima vias hærens , quod aut per os , aut per alvum , plerumque exuti potest , atque haud rarum ventriculum , aut intestinum ad idipsum expellendum irritat (2) .

Non ignoras Clarissime Vir , certam quam-dam curandi methodum non improprie hercu-leam appellatam in hac urbe prædominari , il-lam videlicet , qua naturam subjugare con-sunt Medici , & cogere acutas febres , ut ea via incedant , quam ipsi supra ratiocinationis

po-

(1) *De Gort. com. sup. iisd. apb.*

(2) *Comm. de febr. 7. cap. 102,*

potestate antiquis de naturali morborum horum decursu, ac progressu observationibus non exactis in singulis symptomatibus convenire, existimant: unde ad cuiuscumque insolite anxietatis, comatis, delirii, exacerbationis febrilis apparitionem omnis generis evacuantia statim prescribunt, quam symptomatum exacerbationem saepe nihil aliud esse, ut Hippocrates docet (1) quam vehementem naturae conatum pro critica despumatione eliminanda institutum. Ideo caute observandus non interturbanus est, cum post coctionem tutam semper crisin promittat, & absolvat.

Vidi saepe, & dolui in febribus continuis colliquativis, nec non & inflammatoriis, quæ epidemice hic graffabantur, decies repetitam catharsin, quæ multos, qui adhuc cœtu morbilliam interesse percupiebant, vel solutione alvi tabifica, aut singultientes convulsos, læthar-

gicos cum primumido abdomen ad Elisios campos promovit:

Pariter, & virum hypocondriacum septuagenarium dupli lymphatica tertiana detentum observavi, qui trium septimanarum spatio Medicorum suasu duodecim purgantia sumpserat; unde febris continua facta, trigesimo ad superos placidissime migravit. Certe sic invaluit apud multos purgandi pruritus, ut mirari definet, si viveret Franciscus Branealeo (1), qui alte exclamabat,, Memini in ægrotum incidisse, qui viginti dierum spatio quinque Medicorum im pulsu cathartica voraverat. Quod ferum, quod adamantium corpus tante non succumbere violentias potuisset? Certe vereor, & doleo quam maxime, ne plures necaverint pharmaca, quam gula, & gladius, & citra controversiam existimo inter alias hujus temporis calamitates, hanc esse vel in primis con-

nu-

(1) In *Dialogo de Balneis.*

„numerandam : O abusum maximum , o com-  
„munem perniciem execrabilēm pestem , longe  
„ipſis febrībus pejorem .

„Arrigate nunc aures , dicam cum celeberrimo  
„Valdschmidt (2) , vos e Medicorum plebe ,  
„qui nil nisi purgantia apud ægros vestros cre-  
„patis , videbitis purgantia , quæ talia ne indi-  
„cari quidem in febribus , utpote quæ sanguinis  
„mixtionem magis turbant : obſtructiones au-  
„gent , febres duplicant , inflammationes acer-  
„ſunt , & numquam citra perieulum dispendii  
„sanitatis exhiberi poſſunt . Hæc ſunt , quæ pe-  
„regrinum ætherem inferunt , rorem nutricium  
„depafcunt , ſanguinem turbant , omnes iſtos tra-  
„gicos ludunt caſus , quos venena ludere fo-  
„lent , „ (3) .

Nec valet hic dicere , Hippocratem , Gale-  
num , omnesque antiquos Medicos ideo vetasse

(1) Disp. 6. §. XXVIII.

(2) Disp. 6. §. 28.

materiaz crudæ purgationem , quia i pñis nota non erant purgantia minorativa dicta , quæ nostris temporibñs abunde reperiuntur , quæque lente materia morbosam educere possunt . Nam quod hoc sit falsum patet , tum ex antiquorum fœpæ adductis rationibus , tum ex recentiorum alkatis observationibus , quibus certe cognita erant leniora purgantia , quibus utebantur , & quorum dominat effectus . Nec tñdeat Leonardi de Capo testimonium pro coronide in medium afferre ; quæ objectam difficultatem penitus diluet . Hic enim inquit . (1) E quindi per tacer altri luoghi si scorge , quanta vadano errati così coloro , che follemente immaginano , non ruer vietate altrimenti quelle purgative medicine , che minoranti esse chiamano nè Ippocrate , nè Galieno nella crudezza degli umori , come quegli altri ancora , che osano affermare , che Ippocrate , e Galieno non per altro vietassero le pur-

---

(1) Raggionam. 2. pag. m. 99.

purgazioni, che per non essere note loro, sennò che quelle purgative Medicine, che violenti sono nell'operare; il che però esser molto, e molto d'vero lontano chiaramente ogn' uom vede; impe-  
rochè per tacer del latte rappreso, di cui così sovente Ippocrate si valse, certissima cosa è, che l'antichi ebbero contezza della mercorella, dell'epittimo, della fumaria, dello gnido, del polipodio, dell'agarico, e d'altre benigne medicine. Galien parimente vieta, che si dea nelle infiammaggioni interne la Jera di Temisone leggerissima medicina, se non che quando la materia farà al cuocimento pervenuta . . . In quanto all'epittimo, ed al polipodio Galeno nel libro tredecimo del metodo, dice chiaramente esser ottime benigne medicine, e che moderatamente purgano, e si potrebbero, e forse non fuori di ragione conghietturare, che gli antichi Greci Medici avessero dalle diligentissime osservazioni de' Sacerdoti dell'Egitto un tal parere appreso, e perciò esser avvenuto, che Ippocrate, e quei, che dopo lui ven-

I 3 - nero,

noro, così stabilmente pescia l' avessero sempre  
mai conservato, che dall'Egitto le sì fatte offer-  
uzioni quel gran Padre della filosofia, e medi-  
cina Italiana Pittagora in prima avesse alla  
Grecia recate; quel Pittagora, io dico, di cui  
altri alla non vide da Democrito in fuori; che  
il pareggiasse, nonchè con lui potesse entrare in  
gaggio, e'l superasse giammai. Ma che Pitta-  
gora foffendiat sentimento, egli sì par mani-  
festo per quel, che ne sia scritto in quel celebre  
Dialogo, che della natura dell'universo compose  
Platone, là ove Timo nobilissimo Pittagorico in-  
troduce delle purgaggioni in simil guisa a fa-  
vellare . . . &c. alibi (1). Ora qui, ch'è non  
si forse assai chiaro, che minorar secundo Ippocra-  
te, e Galieno non mai si puote la cruda mate-  
ria, come bestialmente si persuadono i nostri Mo-  
dici, i quali tentan ciò fare colle minoranti, ch'  
essi dicono medicine. Ma benchè egli in ciò  
gran-

(1) Pag. 95.

grandissima arte adoperar seglioni per coprire al Mondo la manifesta lor ribellione a' Maestri, pur non fanno sì fare, che da ciascun non si conosca; così sciocche son le chiose, e li commenti, se' quali si fendano a tutta lor possa di stravolgere li appertati aforismi. E certamente non possono maravigliarmi forte della lor trasorsanza... O ciechi affatto, e diffennati! E pure scioccamente maliziosi, e maligni a tutti si fan vedere. Ma certamente non fu tale il suo sentimento, siccome orosti diffennati squasimodei vogliono darne a diredere. (1) E ben avvisarono anche molti valentissimi Galienisti così del passato, come del presente secolo massimamente Giulio Cesare Claudino arvengache del purgare amicissimo, pur non potendolo ricoprire apertissimamente confessollo dicendo:,, Equidem „sic existimo valde esse probabile, mentem ei„, se Galeni, & Hyppocratis cruda materia num-

(1) Pag. 97. rag. 2.

, quam esse exhibendum pharmacum, excepto  
,, uno turgentiae casu . Medicus ergo si recte  
,, agere velit, antequam purgans medicamen ex-  
,, hibeat, memor sit illius Galenici Effati : Ubi  
,, dandum sit medicamentum aliquod dejecto-  
,, riuum prima exhibitio in tua potestate fita  
,, est, cætera autem fortunæ administratione con-  
,, tingunt.

Quæ hac tenus in his epistolis adnotata sunt,  
Vir Eruditissime votis tuis non inepte suffice-  
re existimo , qui præstantiorum solummodo  
omnis ævi Medicorum circa purgantium in acu-  
tis febribus usum, opiniones, a me scire per-  
cupiebas: quid enim Ego de hac materia sen-  
serim, tum ex frequentibus, in præclarissima  
domo tua habitis colloquiis, tum ex diversis  
a me factis, & quibus interfuisti, curationi-  
bus, sat abunde tibi constabat . Nec tua, hu-  
jusque Urbis, & Regni civium memoria adhuc  
excidit sævissimæ illius continuæ febris ab in-  
cunte Aprile anni 1764. hic epidemice gra-

San,

sapit ab expertissimo quondam Doctore Gaspare Cannata Avunculo, & Præceptore meo in perpetuum colendo, antiphlogistica methodo, & hippocraticis coctionis, & crisia legibus rite observatis summo civium bono feliciter facta curatio.

Eodem tempore Motuca degenti mihi occasio obtulit, biscentum, & ultra hac epidemica febre ibi maxime seviente, curare, & sanctè affirmare possum, omnes, ne uno quidem excepto solo diluentium antiphlogisticorum, sub-acidorum, & moderato fatis clysmatum usu sanatos fuisse, præmissa in nonnullis venæ secione, raroque repetita, nisi in subjectis nimis plerioris, vel qui ante vino multum indulserant. Quidam illas contigit, judicatorias evacuationes ex pulsu juxta Solani observationes prædicere, horum hystrorias hic consexere absconum effet. ( Si ideo placebit epidemiam illam describere animus est ) unam, & alteram breviter recensiebo, queram primi

ex patientis ipius tibi cogniti relatione finno  
sensit, secundæ præsens, fuit. Adolescens me-  
dicinae alumnus, nunc optimus Medicus, mo-  
tus dicens 5. Maij 1764. in febrem incidit  
continuum cum calore intenso, obscuris circa  
præcordia doloribus, propensione ad vomitum,  
magnaque capitis dolore stipatam: accersitus  
ego sanguinem mitti jubo, & diluentia leni-  
ter subacida præscribo, quaque absque ullo  
allo medicamine usque ad sextam morbi diem  
cum levamine continuantur. Dolore capitis  
tunc incremente alter Medicus in consilium vo-  
catus purgans medicamentum propinare contem-  
dit, raptum metuens ad superiora, ( facies  
enim erat vultuosa } assentiri renui purgatio-  
ni, quæ, ut observebam in continuis febri-  
bus, & præsertim in illa constitutione noxia  
semper fuerat, & potius de mitterendo iterum  
sanguine cogitabam, cum tacita attente pulsa  
digitum, bis ferire in utroque carpo omni  
quilibet quarta pulsatione cognovi, pessidi iu-  
cir.

circum hemorrhagiam narium intra 24. horas  
secuturam, omniq[ue] molimine illius Medici  
ceterum non vulgaris opinionem evertre fu-  
dū, cessit tandem rationibus a me adductis,  
eandemque methodum religiose continuare de-  
crevi; postera die septima nempe morbi ad  
sagrum rediens, sanum inveni, & uncias de-  
tem circiter sanguinis & naribus stillasse audi-  
vi, letusque observavi.

Alteram in domo tua contigisse recordaris  
Septembrib[us] 14. ejusdem anni Panormum ac-  
cessitus tuo, & multorum hujus urbis magaz-  
tum jussu, ut dicto Avunculo meo plurimis  
curationibus facessito operi ferrem in illa epi-  
demia, cui brevem descriptionem agrotorum  
a me feliciter Motu[m] curatorum miseram;  
quamque tu cum aliis multis libenter legeras,  
ac propterea tua, illustrisque Familiæ tuae pro-  
tectione gaudens Nepotem tuum Huistrem Ab-  
batem D. Michaelem eadem epidemica febre

Itaque a me antiphologistica curatione ad decimam usque diem, qua declinante pulsum inciduum tribus pulsationibus inæqualiter, & manifeste assurgentibus observari, ac propterea sudorem criticum die sequente morbi undecima futurum pronunciavi, quo adveniente, ut prædixeram, magnum nobili ægro levamen alatum est, decimotertio iterum, minori licet quantitate apparente melius se habuit: at vespertinis horis increbuit febris, anxius, & inquietus factus cum ventris quadam distensione, pulsuque quarta qualibet pulsatione notabiliter intermitte, adstantibus famulis imposui septima noctis hora me advocarent; magnam enim inquietudinem passurum ægrum; sed criticam dyarrhæam paulopost fecuturam prænunciando: hora præscripta crescant symptomata, occurpunt Parentes, qui prædictionis a me factiores redditi statim ad ægrotum me accedere jubent, accessi, blandisque verbis eorum animos oblinivi, & solum aquæ simplicis potum

tum præscripsi: sed cito prodeuntibus aliquot evacuationibus, cæssant symptomata, somnus obrepit, & paucis elapsis horis decimaquarta jam appetente die immunis omnino a febre repertus est; maximoque tuo, totiusque illustris familie tuae gaudio præfigij veritatem admiratus es.

Eadem antiphlogistica methodo coctionis, & criseos legibus pariter bene observatis, febremque in justo moderamine retinendo quamplurimes alios favente Deo feliciter curavi, & rarissime ad colliquationem definebant, & ubi prima fusionis signa apparebant, statim confugiendo ad acida mineralia, vel ad decocta amaricantia, & vinosa, si naturalis calor languebat, optime ad pristinam sanitatem restituebantur. E contra vero, si vessicantibus (i) vomitorii,

---

(i) Quam male cesserint vessicantia in hac

pergantibus ( ut Medicorum vulgus solebat )  
accidit tentabatur , plurimi ex his moriebantur

soties delirium , & dysuriam cum tremore  
conjunctam , semperque symptomatum omnium  
augmentum . Placet hic referre singularem Ca-  
sum a me Motuæ observatum : Vir macilens  
constitutionis hac epidemica febre laborabat ,  
sexta morbi die post tene delirium incidit in  
Coma Somnolentum , statim applicari jussus  
medicus vesicantia cruribus ut impetum san-  
guinis a capite averteret ; sed prob dolor ! ex-  
citatus ager a somno , magna vesicula iecore  
plene in cruribus assurgunt , sed eodem fere  
tempore pene tota cutis similibus , sed profun-  
dioribus plagis defodatur , ut mollissima non  
modo linteas , verum ne betæ folia mollissima  
ferre posset , quin totus convelleretur , unde  
breui crescentibus convolutionibus misere pe-  
git . Nec periculo vacabat synapsis morum lico-  
lenium applicatio ; his enim non solum salu-  
tates naturæ motus turbabantur , verum etiam  
doloriferas ulcerationes difficultasse , nec nisi  
longo temporis spatio sanandas relinquebant .  
Hoc ergo inquit col . de Gorter apb . 2 . lib .  
2 . § . v . 3 . Delirium ex tensore in acutis , egre-  
gio locutur sonno , quia sonno placido tensor  
commutatus in materialis , qua critice evanescit .

tur, & qui evadebant, hachetos, debiles, de nonnisi post multum temporis spatium pristinam vigori restituebantur. Tanti interest Reipublica Medicos habere, qui Hyppocratem imitando naturæ vestigiis infisterent, cum, ut recte ait Baglivius. „Qui naturæ obedit, naturæ imperat. Hæc enim regata dat, coacta negat, & amat sui cultores, quos inter cautos adjuvat; temnit audaces, qui nido, ut ajuat, majores extendendo pennas, imperium in naturam exagerando perdunt, & eum (1) Hyppocratem laudent, & in arte medendi ceteris anteponant, ipsi tamen omne aliud potius agunt, quam ut ei, quem laudant, similes efficiantur,,.

Occasionem forte dederat, quantum novi, ignaro Medicorum castui, coctionis leges in hac æpidemica febre parvi pendendi cl. Tissot de febris biliosis Lausannensibus non bene intellecta dissertatio, qua probare contendit fe-

brem

brem illam biliosam apud Lausannense epidemice graffantem medicamentis Emeto-catharticis fuisse curandam. Atquam diversa ab illa fuerit hæc nostra patet, tum ex denotorum numero eadem methodo, qua Lausannenses catorum, tum ex descriptione illius epidemicæ febris a el. Tissot nobis demandata, quæ tentam gastricam, & intermittentem potius, quam continuam inflammatoriam, ut nostra illa erat, designat.

Sed nimis forsan te detineo Clarissime Vir, quare hic abrupto, & te cum tota familia tua valere jubeo, humanissime rogans tuo me amore, & patrocínio favere pergas, & quos festinans manus declinare non potait errores, clementer corrigas.

F I N I S.

*Pag.*   *lin.*   *Errata*

3.   8. magna  
...   8. Mutucens  
...   11. curm  
6.   9. carus  
11.   9. a molestia  
12.   12. tendiuibus  
14.   7. acuto  
...   19. prostratæ  
22.   9. anvicem  
35.   2. effectis  
38.   21. recensemus  
39.   3. Enim  
...   8. declaravit  
42.   1. Harst  
44.   4. proprius  
...   12. exesperant  
46.   14. confractus  
48.   1. hypercatharsis  
...   9. purgantia. Non  
49.   11. variis  
...   19. jalappæ  
51.   16. imotam  
52.   4. immitatur  
57.   4. sanguinis  
...   11. exigua  
60.   11. amittam  
63.   12. essent  
...   15. timeri

*Corrige*

- magnō.  
Motucensi  
enim  
catus  
a molesta  
tendinibus  
aucto  
prostratæ  
in vicem  
affectis  
recensemus  
Etenim  
declaraverit  
Horst  
proprius  
exasperant  
contractus  
hypercatharses  
purgantia non  
varii  
jalappæ  
imo tam  
immittantur  
sanguis  
exigua  
omittantur  
esset  
rimari

Pag. lin. Errata

- ... 18. remediorum  
86. 13. nobilem  
103. 6. ex  
107. 4. qui  
... 15. illiciuntur  
113. 18. infamae  
115. 6. ipfa  
123. 6. que  
140. 6. futurum  
142. 4. coniunctam  
144. 1. Laufannense

Corrige

- remediorum utilitas  
nobilem  
eo  
quia  
alliciuntur  
infamiae  
ipfa  
que  
adfuturum  
coniunctam  
Laufannenses

81

VAN 531639